









DE
MIXTIS GRAECAE LINGUAE DIALECTIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA


AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

OTTO HOFFMANN

HANNOVERANUS.



GOTTINGAE MDCCCLXXXVIII

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

GUIL. FR. KAESTNER.

AUGUSTO FICK

PRAECEPTORI CARISSIMO

SACRUM.





E dialectis Graecis plus una proprietates quasdam et sonorum et flexionum — non raro ab ipsius indole atque natura alienas — continet, quae praeterea in una vel pluribus ceterarum dialectorum existunt. Priusquam ex his formis aliquid de affinitate vel mixtione dialectorum concludamus, eae sunt secernendae, quae jam principali linguae Graecae erant propriae casuque in dialectis artiore affinitate non conjunctis servabantur. Quaestio igitur oritur, quaenam singularum dialectorum proprietates inter genuina linguae Graecae elementa sint referendae.

Veteres grammatici recte tres dialectos Graecas distinguunt

1) Dialectum **Doricam**, in qua principale *α* servatur et *τ* ante *ι* non assibilatur,
2) Dialectum **Ionicam**, in qua principale *α* in *η* mutatur atque *τ* ante *ι* assibilatur,
3) Dialectum **Aeolicam**, in qua principale *α* servatur atque *τ* ante *ι* assibilatur.

Dialectum **Achaicam**, qua ante Dorensium invasionem gentes Peloponnesiae utebantur, grammatici Aeolicae supposuerunt: inscriptionibus eorum judicium confirmatum est. Dialecti Aeolica atque Achaica in ipsa Graecia ex una stirpe natae sunt, e dialecto gentis Achaicae. Rectius igitur duas dialectos Achaicas, et septentrionalem et meridianam, discerneremus. Tamen, ne perturbatio oriatur, in usitatis nominibus persistam.

At dialectum, quae vulgo Dorica fertur, **Transpindanam** („Westgriechisch") appellare malui. Dorenses enim una tantum pars earum gentium erant, quae veteribus in Epiro sedibus relictis Pindo superato mediam Graeciam et Peloponnesum inundaverunt.

Principalis linguae Graecae procul dubio eae sunt formae, quae in omnibus dialectis inveniuntur, neque minus certe eae, quas, quamquam nisi ex una dialecto non novimus, indogermanicas esse

ceteris linguis probatur. At si eadem forma duabus tantum dialectis propria est, principalem eam tum putabimus, si aut in dialectis Transpindana et Aeolica (vel Achaica) aut in Transpindana et Ionica servata est. Magis in dubio est, num etiam formae Ionibus et Aeolensibus communes principali linguae attribuendae sint. Nam cum fines harum gentium in Asia minore inter se contingerent, altera ab altera propria quaedam mutuari potuit. Denique formas, quibus solos apud Aeolenses atque Achaeos occurrimus, propter artissima dialectorum affinitatis vincula inter genuina linguae elementa referre nobis non licet. —

Postquam hac ratione e communibus duarum dialectorum formis principales secrevimus, porro videndum est, num fortasse ex eis, quae reliquae sunt, nonnullae sua sponte, ita ut altera dialectus ab altera mutuatus non sit, diversis Graeciae locis recentiore aetate effloruerint.

His quoque sejunctis, quae restant, e **dialectorum mixtione** explicandae sunt. Quae triplici via orta esse potest:

1) Saepius lingua gentis cujusdam vel foedere vel bello alteri genti inculcata est. Notissimum hujus generis exemplum est lingua societatis Aetolicae, cujus singula membra dialecto Aetolica utebantur. Quam initio nisi in decretis publicis usurpatam non videmus. Sed in dies plures formae Aetolicae etiam in sermonem communem atque urbanum recipiebantur.

Quibus de causis hae, ut ita dicam, facticiae dialecti ortae, quam longe propagatae atque effusae sint, historici magno studio perquirant: neglegit eas, qui dialectorum affinitati studet. Nam, quae in lingua arteficiose ficta sunt, comparaverim vestimentis, quibus nativae corporis figurae oculis subducuntur.

2) Deinde dialectorum mixtio e gentium mixtione oriri potuit. Praestantissimum exemplum praebet inscriptio Micythi Rhegini (I. G. A. 532/533), quae verba *ϝοικέων ἐν Τεγέηι* continet. (Fick, Gött. Gel. Anz. 1883, p. 186). Rhegium Chalcidenses condiderunt, quos Messenii ex Peloponneso subsecuti sunt cf. Heracl. Pont. frag. 25 *Ῥήγιον ᾤκισαν Χαλκιδεῖς οἱ ἀπ' Εὐρίπου διὰ λιμὸν ἀναστάντες, παρέλαβον δὲ καὶ ἐκ Πελοποννήσου τοὺς Μεσσηνίους τοὺς ἐν Μακίστῳ τυχόντας.* (Bechtel, Ion. Inschr. p. 2). Himeraeorum, qui ipsi quoque e Chalcidensibus et Dorensibus mixti erant, dialectum *μεταξὺ τῆς Χαλκιδέων καὶ Δωρίδος* fuisse Thucydides VI, 5 nobis tradit (cf. Fick, Odyssee p. 10 sq.).

Si alteram gentem ab altera inundatam esse veteres rerum scriptores nobis narrant, facere non possumus, quin mixtam dialectum ad gentium mixtionem referamus. Nam a ratione abhor-

reret, si mixtionem dialectorum, quae hoc modo facta esse potest, in antiquissima tempora remitteremus et e quieta gentium vicinitate, quae num omnino fuerit nescimus, atque e frequenti commercio explicaremus.

Ipsa e Graecarum gentium historia ei, qui dialectis comparandis student, magnam utilitatem capiunt. Nam etiamsi rerum scriptores perpauca tradunt de magnis illis migrationibus, a quibus historia Graecorum orditur, tamen fabulae epicae veram earum imaginem nobis depinxerunt. Uberrimus hic est fons, unde intelligamus, quomodo dialecti Graeciae ortae sint.

3) Denique forma dialecto cuidam propria ex ejus finibus exsiluisse et ad finitimam gentem transmigrasse potest („Wellentheorie“). At hoc dialectorum commercium fieri non potuit nisi primum altera dialectus ab altera omnino loco tangi poterat, deinde haec vicinitas diuturna erat.

Collitzius proprietates, quae dialectis Thessalicae, Lesbiae, Boeoticae, Arcadicae Cypriaeque communes sunt, nuper eo explicare conatus est, quod hae dialecti temporibus praehistoricis Thessalicam circulo cinxerint [1]). At auctorem non novi, qui sedes singularum gentium unquam tali modo dispositas fuisse nobis tradat. Dialectum Thessalicam a Boeotica formas mutuatam esse vel Boeoticam a Thessalica, sumi potest, cum Boeoti, qui antiquissimis temporibus in Thessalia meridiana sedebant, nonnulla inde in nova domicilia secum ferre potuerint. At qua ratione Lesbiam cum Thessalica commercium habuisse Collitzius sibi fingit? Adveneruntne per angustam Penei vallem formae Aeolicae, Thessalicae emigraverunt? Etiam incredibilius est Arcadum et Cypriorum sedes cum Thessalorum contagione conjunctas fuisse. Unde Collitzius noverit Arcades primo in Graecia septentrionali habitasse nescio: ipsi cum superbia se autochthones esse praedicabant. Eadem igitur est mera fictio fines dialecti Arcadicae cum finibus et Lesbiae et Boeoticae unquam cohaesisse.

Quamquam Collitzius veterem dialectorum Graecarum stirpem „undis“ subruere frustra conatus est, tamen *singulas* sermonis proprietates e veteribus sedibus in vicinos fines transfluxisse ibique consedisse minime negaverim. Modo caveamus, ne temere atque incaute hujus generis exempla agnoscamus. Nam etiamsi utrique illarum conditionum, sine quibus altera dialectus ab altera formas mutuari non potuit, satisfactum est, tamen, si mixta dia-

---

1) Collitz „Die Verwandtschaftsverhältnisse der griechischen Dialekte“ Göttingen, 1885.

lectus ad gentium mixtionem historia traditam referri poterit, hanc explicandi viam ingredi quam formarum emigrationem, de qua nihil constat, statuere malemus.

Ut sana atque justa Graecarum dialectorum mixtarum explicatione ita critica examinatione singulorum mixtionis elementorum opus est, imprimis in dialectis Thessalica et Boeotica. Breves collectiones, quarum ultimam confecit Smythius (The dialects of North Greece, Baltimore, 1887), non sufficiunt, cum, id quod in earum natura positum est, mancae parumque plenae sint atque non pauca vitia contineant.

Peloponnesi et insularum dialecti a philologis affinitatem dialectorum perquirentibus adhuc maligne neglectae sunt. Unus Blassius nonnulla ad Eleorum dialectum adnotavit. In Dorensium coloniis, praecipue in insulis, dialectum non pure Doricam fuisse nemo, quod valde miror, usque ad hunc diem animadvertit.

I.

Dialecti Thessalica et Boeotica.

Elementa, quibus dialectus et Thessalica et Boeotica est composita, potissimum sunt **Aeolica** et **Transpindana.** Accedunt nonnulla **Achaica.** Quomodo utriusque dialecti mixtio orta sit, optime atque dilucide ex eis formis discimus, quae nisi apud Thessalos atque Boeotos non inveniuntur. Has postremas tractabo.

1.

Elementa Aeolica dialectorum Thessalicae et Boeoticae.

Praemonenda.

In dialectis et Transpindana et Aeolo-Achaica jam priscis temporibus praepositiones *κατά*, *ποτί*, *ἐπί*, *ἀπό* apocopen passae sunt, eo tamen discrimine, ut mutas *τ* et *π*, quae hoc modo finales fiebant, gentes Transpindanae abjicerent, Achaei et Aeolenses consonanti, a qua vox proxima incipiebat, assimilarent. Vetustissima atque aptissima exempla praebent veteres poetae: Homerus dicit *κάββαλε*, *καδ δύναμιν*, *κακ κεφαλῆς*, *κάμμορε*, Alcman *καβαίνων* frag. 38_2, quo in vocabulo simplex consonans metro firmata est. Simili modo in antiquissimis Locrorum tabulis aeneis scriptum est *ἐ τᾶς* = *ἐκ τᾶς*, *ἐ λιμένος* = *ἐκ λιμένος*, *ἐ θαλά(σ)σας* = *ἐκ θαλάσσας* Coll. coll. $1479_{1\,3\,4}$. Praepositionum *κατ*- et *ποτ*- consonans finalis, etiamsi vocabulum subsequens a littera *τ* incipiebat, supprimi solebat cf. locr. *κα τῶνδε* 1478_1 *πο τούς* $_{32}$ *κα τάς* 1479_{15} lacon.[1]) *κα τόν* Muellens. $21_{a,8-b,11}$, *πο τόν* 35_8. Nimirum non miramur, quod interdum *καττό*, *ποττόν* scriptum est.

1) Titulos Laconicos laudabo ex utilissima collectione Muellensiefeni, praemissa dissertationi »De titulorum laconicorum dialecto« Argentorati, 1882.

Unde efficitur, ut praepositionum assimilatio, quae Thessalorum quoque erat cf. *ἀτ τᾶς* (= *ἀπὸ τᾶς*) 345_{12} *ἀτ τᾶν*$_{46}$, 361_{14} *ἐτ τοῖ* (= *ἐπὶ τοῦ*) 345_{14} *ἐτ τά* 361B_{15} *καπ παντός* $345_{20\ 46}$ *ποκγραψαμένοις* 1329 $I_{a\,16}$, inter elementa Aeolica eorum dialecti habenda sit.

Idem judicium facio de genetivis in -*οι* exeuntibus (thess. *τοῖ*, *ἑκάστοι*, *Φιλίπποι*), quos ab Ebelio (K. Z. XIII. 446) pro locativis accipi miror. Rectam explicationem jam ab Ahrensio inventam suffixum -*οι* ex -*οιο* correptum esse Cypriorum genitivis *'Αμηνίjα*, *Θυρσίjα* (contra *'Ονασαγόραυ*, *Κυπραγόραο*) fulcire possum. Accuratius de his infra loquar. Genetivos in -*οιο* [1]) priscis temporibus re vera Thessalorum fuisse veteres grammatici uno consensu testantur (cf. Ahrens I, 221 sq., nuper Bezzenberger GGA. 1887. 425).

ὄνυμα (Thess. *ὀνύματα* $345_{21\ 43}$ *'Ονύμαρχος* 326 I_{24} Boeot. *ὄ*]*νουμα* 383_{18} *ὄνιουμα* 395_{4} N406^{n}_{7} 488_{184} *'Ο*]*νυμάστω* 570_{4}) non Aeolenses atque Achaei soli possidebant, sed, ut adjectivis *εὐώνυμος*, *ἐπώνυμος* atque nominibus propriis in -*ώνυμος* desinentibus probatur, omnes Graecorum gentes. Etiam in dialectis Transpindanis ei occurrimus cf. Aetol. *ὄνυμα* 1425_{4} Aegin. *ὄνυμα* I. G. A. $345_{1\ 2}$ Selin. *ὀνύματα* I. G. A. 517_{7}. Forma *ὄνομα* soli Iones usi videntur esse.

Participium perfecti activi in -*ων*, -*οντος*, fem. -*οντjα* exeuns Aeolensibus proprium erat. In ceteris dialectis suffixum -*ώς*, -*ότος* assumebatur. Exemplis, quae Ahrensius II p. 331 e dialectis Transpindanis congessit, haec addi possunt: Lacon. *ἐντετευχόσι* M. 51_{44} *γεγ*[*ον*]*ότων* 47_{11} *πεποιηκώς* 44_{5}. Ele. *ἐπανιτακώρ* 1172_{8} *πεπολιτευκώρ*$_{5}$. Suffixum -*ων* per analogiam e participio praesentis in perfectum ab Aeolensibus translatum esse vulgo defenditur. At cum non solum in dialectis Ionica et Transpindana, sed etiam in lingua Sanscrita casus obliqui suffixum -*οτ*, quod ex *οντ*- accentu progrediente debilitatum est, assumant, jam in principali gentium Indogermanicarum lingua participium perfecti duplici modo formatum videtur esse,

---

1) Utrumque genetivum et *ἵππω* et *ἵπποιο* ad communem formam *ἱππο-jο* refero. Unde secundum Fickii legem, si accentus antecedebat, *ἱππό-ο*, si sequebatur *ἱππο-ιό* (*ἐμεῖο*, *σεῖο* = *ἐμε-jό*, *σε-jό*) fieri debuit. Genetivo *açvasya*, qui etiamnunc a grammaticis quibusdam cum *ἵπποιο* confertur, duplicem genetivi significationem contineri suspicor. Quae sententia eo confirmatur, quod etiam genetivus gen. femin. *açvāyās* = graec. *'Αθαναίας* nisi duplici suffixo (*açvā-yā-s*) fictus esse non potest. — De genetivo Corcyraeo *Τλασίαϝο*, ex quo viri docti genuinum genetivi suffixum -*ϝο* fuisse concluserunt, infra loquar.

et suffixo -vōs (-vos, -us)

ἑστα-ϝώς, *ἑστα-υσ-ϳά*, *ἑστα-ϝός*

av. *vidhvāo*, sskr. *tasthúšī*, sskr. *tasthi-vás*

et suffixo -vont (-vot, -ut)

ἑστα-ϝών, *ἑστα-ϝόν* genetiv. *ἑστα-ϝοτ-ός*.

sskr. *tasthi-vā́n*

Neque enim J. Schmidt („das Suffix des Participium Perfekti Aktivi“ in Kuhns Zeitschr. XXVI p. 329—377) mihi persuasit participium perfecti nisi per analogiam flexionem stirpium in *-vant* exeuntium secutum esse [1]). Dubium igitur relinquo, utrum forma Aeolica *ἑσταϝών* per analogiam e participio praesentis an e principali lingua Graeca fluxerit.

πεδά (Boeot. 488_{158} $489_{5\ 22\ 23}$ 705_{2} *Πεδαγενεία* 799 *Πεδακλεῖος* 554_{28} $476_{3/4}$ Thess. *μέσ-ποδι* 345_{18} [2])) unius dialectorum Aeolicae et Achaicae videtur fuisse. In vetustissima inscriptione Aeolica (213_{20}) *πεδά* servatum est, in recentiores titulos forma *μετά* e vulgari sermone irrepsit. Apud Arcades *πεδά* adhuc uno in nomine

---

1) E Schmidtii sententia participium perfecti primitus exibat in *-vāns* cf. sansc. *vidvā́ṁsam*. Sed cum jam in principali lingua Indogermanica nasalis inter longam vocalem et sigma finale ejiceretur, e *-vāns*, priusquam accentus vocales stirpium transformaret, *-vās* ortum est. (Unde efficitur, ut sansc. *vidvān* = *vidvāns* recentiore aetate ex accusativo *vidvā́ṁsam* derivatum sit). Quin etiam, suffixum *-vāns* eo tempore, quo accentus vocales modulari inciperet, tam plane in oblivionem venerat, ut e nominativo *vāns* accentu progrediente non *-vans* et *-uns*, sed *-vas* (*vidvás*) et *-us* (*vidúšī*) deducerentur, quasi stirps esset *-vās*. Prior forma *-vas* in locativo plur. ante suffixum *-su* ex euphoniae legibus in *-vat* (*vidvatsu*) mutabatur. Quo factum est, ut locativus plur. participiorum perfecti in *-vāns* exeuntium non differret a stirpibus in *-vant* desinentibus. Itaque altera flexio cum altera confundebatur: suffixum *-vat*, quod in locativo plur. pro *-vas* dictum esse homines obliti sunt, in ceteros quoque casus irrepsit, quasi ad stirpem quandam in *-vant* exeuntem pertineret. —

At huic sententiae sagacissime excogitatae graves dubitationes obsistunt: 1) Ut jam in principali lingua Indogermanica nasalis inter vocalem longam et sigma finale exciderit, tamen hoc factum esse, antequam accentu stirpes plenae atque debiles distinguerentur, neque demonstrari potest neque verisimilitatis speciem prae se fert. Nam, quantum scimus, accentus ne in vetustissima quidem lingua statarius erat. 2) Sigma ante sigma euphoniae causa in Tau mutatum esse Schmidtius exemplis e lingua Sanscrita petitis probavit. At in ceteris linguis exempla frustra circumspicimus. Velut Graeci in dativo plur. ante suffixum *-σι* sigma finale stirpium in *-ς* exeuntium immutatum retinebant. Qua de re *εἰδότ-σι* pro *εἰδόσ-σι* dictum esse Schmidtio (p. 359) non concedo.

2) Alteram Thessalicae conjunctionis *μέσποδι* partem ad *πέδα* referendam esse vidit Buechelerus (»das Recht von Gortyn« p. 8). Cf. praeterea Prellwitzii adnotationes in GGA. 1887 p. 439 sq.

Π[*ε*]*δάριτος* legitur. Recentes tituli 1231 B et C vocabulum *μέτοικοι* procul dubio e vulgari sermone mutuati sunt. E Cypro insula omnino exempla desunt.

Apud Dorenses *πεδά* nisi in titulis Argivis (*πεδάϝοικοι* I. G. A. 35 et 40) et Creticis (*πεδ' ἀμέραν* L. G.[1]) II, 13 *πεδὰ τῶν ἐρσένων* X, 49; *πεδ' ἀμέραν* Dreros, Dethier Sitzb. Acad. Wien XXX p. 431 sq.) adhuc inventum non est. At his nihil probatur. Nam ipsa in Argolide et Creta permulta vestigia dialecti Achaicae relicta esse infra videbimus. Praeterea *πεδά* bis in Alcmanis fragmentis traditum (*πεδ' Ἀγιδῶν* 23_{58} *πεδὰ τὰς τροπάς* 33_{5}) atque tertio loco jucunda Bergkii conjectura restitutum est (*πέδεστι* pro *πεδεσσι* 74 B_4). At inter omnes constat veteres grammaticos studio Alcmanis versibus colorem Aeolicum illevisse velut participiis in *-οισα* exeuntibus, scriptura *σδ* pro *ζ*, aliis. *πεδά* igitur per doctissimos illos viros Alcmani invito affictum esse potest. Sed, ut ab Alcmane ipso *πεδά* scriptum sit, nequaquam inde efficitur, ut hoc vocabulum ex priscis temporibus dialecto Laconicae proprium fuerit. Nam cum *πεδά* et *μετά* non ex eadem radice exstiterint (cf. Prellwitz GGA. 1887 p. 441), non est, cur Laconicum *πεδά* ex oppressa lingua Achaica originem duxisse negemus. Etiam breves accusativos in *-ᾰς* exeuntes Alcman et Tyrtaeus in versibus Laconicis ex Achaeorum perioecorum dialecto mutuati sunt, quae quin horum poetarum temporibus non jam plane interierit, dubitari non potest.

Nomen Pedariti, Lacedaemoniorum ducis, quem Thucyd. VIII, 28 sq. commemorat, Achaicum esse intellego.

Denique Hesychii glossam jam ab Ahrensio allatam

πέδευρον. ὕστερον. Λάκωνες

ex Alcmanis versu quodam fluxisse suspicor. Ni forte, ut in Argolide ita in singulis Laconiae partibus Achaicum *πεδά* haeserat.

Omnia igitur exempla Dorici *πεδά* incerta sunt. Contra Locros atque Aetolos jam vetustissimis temporibus praepositione *μετά* usos esse probatur tabulis Locrorum aeneis *μετά* $1478_{10\ 18\ 44}$ *μεταϝοικέοι* 1479_{6}.

Eadem judicii inconstantia tenemur in vocabulo *ἀγρέω* (Thess. *προαυγρέ*[*σι* 361 A_{14} *ἐφαυγρένθειν* 345_{41}). Quod utrum Dorensium fuerit necne, dijudicare non audeo. Saepius stirps *ἀγρε-* tradita est in titulis Aeolicis (cf. Meister p. 182), praeterea apud Eleos

1) L. G. = Leges Gortyniae, cum commentario ediderunt J. et Th. Baunack »die Inschrift von Gortyn« Lipsiae, 1885.

(*ἐξαγρέων* 1156_8 *ἐξαγρέοι* $_5$), denique in Alcmanis versu 23_8 (*ἀγρέτας*, cf. Laconicorum magistratus *ἱππαγρέτας παιδαγρέτας*). Locri atque Aetoli *ἀγνέω* sibi finxerunt cf. Aetol. *ἀγνηκώς* 1413_5 *ἀχνηκότας* 1411_{14}. Decretum Laconicum M. 47a, quod *διεξαγνηκέναι* praebet, dialecto societatis Aetolicae conscriptum est.

Cum omnes Graeci breves diphthongos *αι*, *ει*, *οι* vocali iota ante vocales ejecta levare studuerint, formae Thessalicae *πατρουέαν* (= *πατρουείαν*) et *ἀμμέουν* (= *ἀμμείων*) non inter Aeolicas recipiendae sunt, quamquam Aeolenses praeter ceteros hanc diphthongorum correptionem videntur amasse. Haud ignoro adjectivum *πατρούεος* vulgo aliter explicari. Meisterus (I, 294), Blassius (Ausspr.[2] p. 39 sq.), Prellwitzius (p. 11) in hoc vocabulo pro genuino iota ante vocales *ε* scriptum esse censent. At ex adjectivo *ἀθοῦοι*, quod legitur in titulo 1332_{42}, apparet Thessalos eodem modo quo Aeolenses jam vetere aetate diphthongos *ᾱι*, *ηι*, *ωι* vocali iota abjecta in *α*, *ω*, *η* corripuisse. — Inter *πατρουεῖος*, *ἀμμείων*[1]), quod apud Homerum in *ἡμείων* depravatum est (cf. *ὑμείων*, *σφείων*), et *πατροῦος* (= *πατρώιος*), *ἄμμι̯ων* (= *ἀμμίων*) eadem ratio interest atque inter *χρύσεος* (= *χρυσεῖος*) et *χρύσσος* vel *χρύσι̯ος* (= *χρύσιος*). — *-ειο* est uberior, *-ιο* brevior forma ejusdem suffixi.

Smythius p. 4 et Prellwitzius p. 22 non juste absentem litteram Ny paragogicam inter proprietates dialectorum Aeolicae Thessalicae Boeoticae referunt. Nam etiam in dialectos Transpindanos haec littera parasitica e vulgari demum sermone invasit. Apud Lacones — exempla congessit Muellensiefenius p. 65 sq. — Ny ante annum 220 neque ante vocales neque ante consonantes scriptum est. Ex Elide tradita sunt *ἀφῆκε ἐλευθάρως* $1161_{2,3}$ et *ἔ*]*δοξε καὶ τοῖ* $1159_{7/8}$. Aoristo *μ' ἀπόησεν* 1176 magnum pondus non impertio, cum lectio sit incerta. Argolidis tituli vetustiore alphabeto conscripti nobis offerunt *ἀνέθηκε* (I. G. A. 31, 45), *ἐποίϝηἑ Ἀργεῖος* (I. G. A. 42, 44a), *ἐποίησε* (I. G. A. 47) *ἀ*[*ν*]*έθ*[*ηκ*]*ε Ἀλεξία* (I. G. A. 48). In veteribus Corinthiorum lapidibus fere vicies legimus *ἀνέθηκε Ποτειδάϝωνι* vel *Ποτειδᾶνι*, praeterea *ἀνέθηκε τᾶι* (I. G. A. 20_7); *ἔγραψε Βία* (I. G. A. 20_1), denique saepe in fine periodi *ἀνέθηκε*. Semel tantum ny additum est *ἔδωκεν Χαρόπωι* (I. G. A. 22, e fine saeculi V).

Apud Homerum Ny paragogicum aut particulae demonstrativae vim habet (cf. Thess. *νε* in *τονε* $345_{20\ 46}$ 1332_{31} *τανε* $345_{23\ 45}$

---

1) Per omnes linguas Indogermanicas pronominum stirpes (*ἀμμι-*) interdum suffixo *-jo* (*ἀμμι-jo-*) amplificabantur cf. Graec. *πο-ιο* (*ποῖος*), Sansc. genit. *kaya-sya*, Lat. locat. *quo-iei* (e stirpe *quo-io* cf. J. Schmidt K. Z. XIX. 200).

τοινεος$_{15}$ *τουνεουν*$_{17}$), aut ad hiatum explendum additur. In sermonem pedestrem ab Ionibus illatum est. In Atheniensium documentis publicis Ny et ante vocales et ante consonantes sine lege modo additur modo omittitur (cf. Meisterhans, Gramm. d. att. Inschr. p. 47). Eadem inconstantia est in veteribus Ionum titulis: saeculo VI a. Chr. n. scribitur in fine periodi *ἀνέθηκεν* Bechtel n. 1 *ἐχσεποίησεν* 58, *ἐποίειν* 95, contra *ἐποίησε* 21, ante consonantes *ἀνέθηκεν τῆρηι* 211, contra *ἐποίησε δὲ* 94, *ἔδωκε τῶι* 108, ante vocales *ἐποίησεν* δ 26.

Iam ad eas **Aeolensium** proprietates, quae in dialectis Thessalica et Boeotica existunt, enumerandas transeo. Ubicumque nisi altera dialectus cum Aeolica non consentit, discrepantem alterius formam minusculis apposui. Cum alteram columnam vacuam reliqui, e titulis de illa forma nihil constat.

I. Soni.

I. Vocales.

Thessali	Boeoti

a) Vocalem ϱ (= Sanscr. ṛ), quae in ceteris dialectis vulgo *ϱα* sonabat, Aeolenses fusco sono (= *ϱο*) pronuntiabant.

Thessali	Boeoti
Ἐϱοτοκλίας Metr. 331$_{20}$. In dubio est, quid ad litteras *Ἐϱα*... 331$_{22}$ sit supplendum.	*Ἐϱοτίων* 706$_{4/5}$ 494$_{6}$ 864$_{5}$. *Ἐϱοττίς* 606. Semel tantum legitur *Ἐϱατίων* 914 III, 7.
Adhuc nisi nomina propria cum *-στϱατος* composita non innotuerunt: *Στϱάτουν* 345$_{54}$ *Στϱάτιος* 68 *Σούστϱατος* 56 *Καλλίστϱατος* 326 I, 14 etc. (cf. Prellwitz p. 8).	*στϱοτιώτης* 712$_{8\ 15}$ *ἐστϱοτευάθη* 476$_{6}$ 485$_{6}$ 483$_{6}$ 484$_{10}$ 486$_{13/14}$. Semel *στϱαταγίοντος* 470$_{2}$. Ternis nominibus, in quibus *στϱοτος* legitur, obstant bina cum *στϱατος* composita (cf. Meister p. 216).

b) *α* in *ο* obscuratur in


Thessali	Boeoti
ὀν-: *ὀνγϱάψειν* Laris. 345$_{21}$ *ὀνέθηκε* 370 *ὀνγϱαφέν* 1332$_{31}$ *ὀνάλουμα* 361 A$_{12}$ etc. (cf. Prellwitz p. 12).	Ubique *ἀνά*.

Thessali | **Boeoti**

c) o in *υ* obscuratur in

ἀπύ 1308_2 *ἀπυστέλλαντος* $345_{2/3\,23}$.

Ubique *ἀπό*.



2. Consonantes.

a) Spirantes liquidis assimilantur.

ἀπυστέλλαντος $345_{2/3\ 23}$ *βέλλειτει* 345_{20} *κρεννέμεν* 345_{14} *ἔμμι* 343 *ἔμμεν* 345_{46} *ἄμμε* $345_{18\ 14\ 18}$ *ἀμμέουν* 345_{12}.

More Transpindano spirantes evanescunt et vocalis, quae antecedit, producitur velut *ὀφείλετη* = *ὀφήλεται* Orch. 21_{33} *εἴμεν* = *ἦμεν* saepe, alia.

b) Una in dialecto epica vel Aeolica radices in sigma desinentes alterum sigma in futuro et aoristo additum retinent.

ἐσσέσθειν 345_{16} *ἐσσομέναν* $1332_{39/40}$.

c) Duplex sigma ex *δ* + *σ* vel *κ* + *ι̯* ortum eadem a gente Aeolica diutius quam a ceteris retinebatur.

ὅσσα 345_{19} *ὅσσων* 345_{11}.

σσ mutabatur in *ττ*: *ἐπεψαφίττατο* $478_{112/113}$ *κομιττάμενοι* 712_{12} *καταδουλίτταστη* $497_{10/11}$.

ὁπόττοι $1145_{4\ 11}$ *ὁπόττα* 492_{14} 712_{16} N 956^{a}_{19}.

d) Spirans Vau inter vocales fit vocalis *υ*

'Αλεύα 345_2 *Ἑρμαύου* 1300_8 *Κλεύου* 1317_1 *Κουερίωι* 333_1.

Βακεύϝαι 458_1 *Κρατεύα* 476_{43} *βούεσσι* 489_{38} *βουῶν* 489_{45} *'Αλεύας* 478_1 480_6 492_2.

In nomine Thessalico *Δάϝων* 325_1 Vau servatum est.

Ceteris in vocabulis utriusque dialecti vestigio non relicto evanuit velut in Thess. *ποτεδέετο* $345_{12/13}$. Frequentia sunt nomina propria cum *κλέος*, *νέος*, *λάος* composita.

e) Labiales *π*, *β* (= *kv*, *gv*) respondent dentalibus ceterarum dialectorum.

φήρ (= *θήρ* Lat. *fera*, Ksl. *zvěrĭ*, Litt. *żwėris*, e stirpe *zhvēr*) traditum est in participio *πεφειράκον*[*τες*] (Mittheil. VII, 346 = Prellwitz p. 2) et in nominibus propriis *Φιλόφειρος* 345_{80} 352 1306_1 *Φιλοφείρειος* $345_{53\ 91}$. Vocabulum *φήρ* Aeolicum fuisse grammatici

Thessali	**Boeoti**
testantur. Ab Homero Centauri Thessalici *φῆρες* appellantur.	
Πέτθαλος 345_{55} *Πετθάλειος* 345_{1} 1281_{2} *Πετθάλουν* $345_{14/15\ 18}$. *Πέταλος* 358 *Πεταλλίς* 355_{1} *Πεταλίας* $345_{60\ 70}$ *Πεταλίαιος* $345_{60\ 77\ 90}$ *Πεταλίαια* 355_{2}.	*Φέταλος* 708_{8} 906.

Genuina forma est *ghedh*[1]) (cf. Prellwitz GGA. 1887 p. 432).

Ὀφρυάδαιος 1301, secundum Fickium = *Ὀθρυ-*	
βέλλειτει 345_{20} *βελλομένον* 1332_{13}.	*βειλόμενος* (= *βηλόμενος*) $429_{6/7}$ 430_{6}.

Radix est *gel*, forma Transpindana *δήλομαι*.

	πέτταρες 502 saepius. Aeol. *πέσσυρες* Dor. *τέτορες*. E *qetṷres*.
	Πειλεστροτίδας 1137_{1}. Contra *Τειλεφάνειος* 707_{9}.
	Περμασίχιος 823 = *Τερμη-*
	Πευμάτιον N 380_{5} = *Τευμήσιον*
	Βελφόν N 736^{a}_{4} *Βελφοῖς* 705_{23} *Βελφίς* 697.

f) Labialis respondet gutturali Transpindanorum.

Βύλιππος (Bull. d. corr. IX p. 221) secundum Fickium = *Γύλιππος*	Nominativum *Βυλία* 914 IV_{15} pro *Γυλία* accipiendum esse suspicor.

g) Praepositiones *κατά*, *ποτί*, *ἐπί*, *ἀπό* elisionem passae consonanti, quae insequitur, assimilantur (cf. p. 5 sq.).

ἀτ τᾶς (= *ἀπὸ τᾶς*) 345_{12} *ἀτ τᾶν*$_{46}$ 361_{14} *ἐτ τοῖ* (= *ἐπὶ τοῦ*) 345_{14} *ἐτ τά* 361 B_{15} *καπ παντός* $345_{20\ 46}$ *ποκγραψαμένοις* 1329 Ia_{16}.	Unum exemplum certum est *ποδ Δάφνῃ* 952_{5}. Conjectura Boeckhius e *καππαε* 719_{9} *καγ γᾶν* restituit. Ante eas articuli formas, quae a *τ* incipiunt, plerumque *κατ* et *ποτ* scripta

---

1) Fickius ad eandem radicem refert verbum *θέσσασθαι*, cujus participium *θεστός* in nomine Boeotico *Θιόφεστος* $488_{128\ 187\ 188}$ labialem pro dentali assumpsit.

Thessali | **Boeoti**

sunt, illud semel etiam ante *θαλάττας*. Praeterea ubique *ποτί, ἐπί, ἀπό, κατά* leguntur.

II. Flexio.

I. Declinatio.

a) In Genitivo vetus suffixum -*οιο* servatum est (cf. p. 6).

Suffixum -*οιο*, quod Thessalorum fuisse grammatici testantur, finalem o abjecit in titulis in Perrhaebia et Pelasgiotide repertis (cf. Prellwitz p. 37): *Ἀναγκίπποι*, *Φιλίπποι* etc. Etiam e Mondaea (Hestiaeotidis?) unum certum exemplum traditum est *ἀρ]γύρροι* (Carapanos Dodon. XXXIV 3 b, apud Prellw. p. 38 adnot.).

Contra in Thessaliotide genitivi in -*ου* (= -*ω*) exeunt velut *Λύκου* 326_5 *Δυνατείου* 326_6 alia.

Omnes genitivi in -*ω* desinunt.

b) In dativo sing. stirpium in *ᾱ* et o exeuntium iota jam priscis temporibus abjiciebatur (cf. Meister p. 88).

τᾶ saepius, *ἑκάστου* 345_{20} *τοῦ βελλομένου* 1332_{15}.

Pro dativo locativus substituitur.

c) E grammaticorum testimoniis Aeolenses nominativum stirpium in -*α* exeuntium saepius sine sigmate fingebant (cf. Meister p. 272, *ἵπποτα* alia).

Genetivos, qui in titulo Phalannaeo 1329 Ia traditi sunt, *Νικίας*$_8$ *Ἱπποκράτεις*$_9$ *Χείμας*$_{18}$ Prellwitzius p. 36 non jure pro nominativis accipit. Modo ne formas *Νικίας* et *Χείμας* contractione e *Νικίαος*, *Χείμαος* natas esse credamus. Nam e genetivo *Ἱπποκράτειος* nulla ratione *Ἱπποκράτεις* fieri potuisse Prellwitzio libenter concedo. Immo nominativis

Ὀλυμπιονίκα N $791_{b\,10}$ *Μογέα* 1133_1 *Βυλία* 914 IV_{15} *Καλλία* 661_1 etc. E stirpibus in -*η* exeuntibus nominativum asigmaticum admittit ea hypocoristicorum classis, in qua prior alterius elementi pars (plerumque geminata) retinetur: *Κυδίλλει* 459 *Μνασίλλει* 418_4 *Τιμόλλει* 476_{12} *Ἀθανίκκει* 959_1 al.

Thessali	Boeoti
Νικία, *Ἱπποκράτει*, *Χείμα* vetus genetivi suffixum -ς additum est.	

d) Dativus pluralis tertiae declinationis assumit suffixum -*εσσι*.

πάντ[ε]σσι 1332_{36} *Δολόπεσσι* 1329 $\mathrm{Ia}_{12/13}$ *κατοικέντεσσι* $345_{14\ 18}$ alia.	*ἄνδρεσσι* 375_{1}, 477_{2}, 478_{1} *βούεσσι* 489_{38} *νικώντεσσι* 717_{6} *πελέκεσσι* Corinna 18 alia.

e) In stirpibus in ϝ desinentibus *η* pro *ε* servatum est.

βασιλεῖος $345_{2\ 11\ 47}$ *Μοψιείων* 367 *Κιεριείων* 330.	*γραμματεῖος* 488_{134} *Θεισπιεῖος* saepe, *Φωκεῖι* $489_{3\ 16}$ *Ἐρετριεῖα* 935_{3} *πρισγεῖες* $705_{6\ 18}$ etc.

f) Vox *θέμις* flectitur epico more, quem grammatici Aeolicum fuisse tradunt (cf. Ahrens I, 122)

Θέμισστι 370 *Θέμιστο[ς]* *Θέμι[σ]τι* (Carapanos Dodon. pl. XXXIV $3b_{3/4}$, e Mondaia).	*θέμιτι* 857.

2. Conjugatio.

a) Verba, quae vulgo appellantur contracta (in -*άω*, -*έω*, -*όω*), in conjugationem in -*μι* traducta sunt.

γυμνασιαρχέντος $345_{2\ 25}$ *ἀρχιττολιαρχέντος* 1330_{2} *εὐεργετές* (nom. part.) 361 B_{9} *ἀγορανομέντος* 345_{40} al.	*προστατεῖμεν* 811_{15} *λειτωργῖμεν* 425_{24} *καρτερῆμεν* Eubul. Antiope *ἀδικείμενος* Arist. Acharn. 880. *φίλειμι*, *τάρβειμι*, *νόειμι*, *ποίειμι* grammat. *βροντάς* Corinna 35 dubium relinquitur, cum explicandi causa aoristus *βροντήσας* additus sit. Praeterea vulgaris flexionis permulta exempla in titulis existunt.

b) Praesentia derivata in -*ήω* et -*ώω* exeuntia dialecto Aeolicae erant propria[1]).

	δαμιώοντες Orch. 497_{14} $499_{12/13}$ 500_{7} 501_{5} N $499^{a}_{10/11}$.

1) De verbis derivatis in -*ήω* et -*ώω* diligentissime egit Mekler, Beiträge zur Bildung des griechischen Verbums, Dorpat 1887 p. 38—42. Delphorum *συλήειν*, *ἀπαλλοτριώειν*, *δουλώειν*, Phocensium *κλαρώειν*, *στεφανώειν*, Eleorum *ποιήειν* ad dialecti Aeolicae cum Transpindana mixtionem referenda esse infra videbimus. Ho-

Thessali	Boeoti

c) Conjunctivus verborum in -*μι* exeuntium contractionem non patitur.

Thessali	Boeoti
δυνάη[ται (Ephem. arch. 1884 p. 223_{9}). Contra *δοθεῖ* 345_{15} *τεθεῖ* 1332_{82} *ὀνγραφεῖ* 361 A_{10} B_{23}.	*καθιστάει* Thesp. 802_{10} *ἀποδώει* 488_{77} *κουρωθείει* $1145_{14/15}$ *ἐνενιχθείει* 488_{150} [1]).

d) Participium perf. act. exit in -*ων*, -*οντος* (cf. p. 6).

Thessali	Boeoti
πεφειράκον[τες Prellw. III_{5} *ἐποικοδομ[ει]κόντων* 1332_{21} *ἐνοικοδομεικόντεσσι* $1332_{45/46}$.	*ἀπελ[ειλ]ού[θ]οντες* $803_{2/3}$ *ϝεϝυκονομειόντων* 488_{125} *καταβεβάων* 413_{5}.

III. Singula.

1. Aeolenses genuinum nominativum *θέρσος* diutius quam ceterae gentes retinuerunt[2]).

Thessali	Boeoti
Θέρσουν 345_{55}, *Θερσέας* 345_{60} *Δαμοθέρσαιος* 345_{85} *Θερσέαιος* 345_{60} *Θερσίτης* 345_{77} *Θερσίταιος* 1329 Ia_{22} *Θερσολόχειος* 358.	*Θερσάνδριχος* Orch. 494_{7}. Contra *Θράσων* 529_{9} 554_{20} *Θρασώνδας* N 571^{a}_{19} *Θρασώνιος* 476_{37} 414_{4} *Θρασι*.... 934 II_{7} *Θάρσων* saepius.

2. Pro genetivo patris nominis adjectivum patronymicum in -*ιος* in usu erat.

Thessali	Boeoti
Φάλακρος Σιμίαιος 345_{49} *Σύχουν Ἀντιγόνειος* 345_{51} etc. cf. Prellw. p. 49.	*Ἀθανίας Ἀριστάνδριος* 706_{8} *Σιμμίας Διοφάνειος* 706_{11} etc.

Thessali	Boeoti
3. *μέσποδι* 345_{13} et *μέσ-]φοδι* 1332_{18} cf. homericum *μέσφα* Contra *Μέτουπος* 345_{85}.	*πεδά* 488_{158} $489_{5\ 22/23}$ *Πεδαγενεία* 799_{1} *Πεδακλεῖος* $554_{2\ 8}$.

mericum est *ὑπνώειν*. Utrum Homeri verba *νεικείω, πενθείω*, quibus Aeolicum *τελείω* (Bechtel, Inschrift von Eresos, Nachr. d. Gesellsch. d. Wissensch. Göttingen 1886 p. 375 sq.) adjungendum est, e *νεικεσjώ, πενθεσjώ, τελεσjώ* orta an *ει* pro *η* scriptum sit (*νεικήω, πενθήω, τελήω*), adhuc in dubio est. Verba *ἱδρώειν* et *ῥιγώειν*, quae omnibus dialectis communia sunt, huc non pertinent, cum a substantivis in longam vocalem exeuntibus (*ἱδρώς, ῥιγώς*) derivata sint.

1) Cum conjunctiones cum particula *κα* conjunctae fere quadragies conjunctivum, semel optativum (*ὅπως κα διαμένοι* 712_{23}) secum habeant, formas *κουρωθείει* et *ἐνενιχθείει* pro optativis accipi posse nego, praesertim cum ipsis in titulis 488 et 1145 saepius *κα* cum conjunctivo conjunctum sit.

2) Principalis flexio erat: *θέρσος, θαρσέος, θαρσεῖ, θέρσος*. Recentiore demum aetate e casibus obliquis fluxit nominativus *θάρσος*.

Thessali	Boeoti

4. Pro *αἰϝεί* Aeolenses *ἀΐ* dixisse (cf. *ἀϊπάρθενος* Sappho 96) et grammatici et tituli testantur.

Thessali	Boeoti
Formam *ἀΐν* 361 B_2 accusativum sing. generis masculini vel femini stirpis in *-ι* exeuntis esse (got. acc. plur. *aiwins*) mihi probavit J. Schmidtius (K. Ztschr. XXVII, p. 298 sq.).	Incertum est, utrum in *'Αϊκλίδας* 708_{14} et *'Αϊμνώ* 959 vocalis *ι* brevis an ex *ει* orta sit.
5. Femininum nominis numeralis *εἷς* est *ἴα* $345_{22\ 44}$.	
6. *κε* $345_{13]\ 14\ 20}$ 1332_{27} Ephem. arch. 1884 p. 223_2.	Ubique *κα*.
7. *ἱερός*: *ἱερόν* 345_{22} *ἱεροῦν* 345_{40} *ἱ]εράν* 1332_2 *'Ιέρουν* 326 II_{23} al.	Ubique *ἱαρός*.
8. *ἀγρέω* (cf. pag. 8) *ἐφαυγρένθειν* 345_{41} *προαυγρέ[σι* 361 B_{14}.	

2.

Elementa Transpindana dialectorum Thessalicae et Boeoticae.

Praemonenda.

Praepositiones Thessalicae *ποτί*, quae ubique apocopen patitur, et *ἐν* cum acc. et dat. non e dialecto Transpindana originem duxisse putandae sunt.

ποτί veterum Aeolensium fuisse Homeri versibus probatur. *ἰν* (= *ἐν*) etiam in dialecto Achaica pro *εἰς* c. acc. usurpabatur. Itaque, ut nobis constemus, et *ποτί* et *ἐν* c. acc. et dat. principali linguae Graecae sunt attribuenda. Atqui cum praepositiones *προς* (Achae. *πος*) et *ἐνς* dialectis Ionicae, Aeolicae, Achaicae propriae fuerint, has quoque ab initio in lingua exstitisse necesse est. Quid judicandum? Rationem, quae inter *ποτί* et *πος* = *ποτ-ς*[1]), *ἐν* et *ἐν-ς* interest, intellegimus ex hom. *ἄψ* = *ἀπ-ς* et *ἀπό*. *ἄψ* adver-

1) *πος* non ex *ποσί* = *ποτί*, sed e *ποτ-ς* ortum esse primus defendit Bechtelius BB. X p. 287 sq.

bium erat. Attamen cum verbis conjunctum (ἂψ ἱκέσθαι, ἂψ ἐλθεῖν) plane munere praepositionis ἀπό fungitur. Non aliter ποτ-ς et ἐν-ς a principio erant adverbia, quae postea in alteris dialectis prorsus amissa, in alteris praepositionum vim adepta sunt.

Thessalicum ἰκάς 345_{10} et Transpindanum ϝίκατι re vera congruerent, si prior vocalis, quod vulgo creditur, longa esset i. e. ex ει nata. At genuina hujus nominis numeralis forma erat *veíçn̥ti*. Ex qua, si ultima syllaba accentum ferebat, *vĭçn̥tí* = ϝῐκατί fieri debuit. Atqui cum numeralia abstracta in -ας, -αδος ab initio accentum in ultima syllaba habuerint, e linguae principalis legibus una forma ϝῐκάς defendi potest. Postea demum ex analogia diphthongus ει ex εἴκοσι in εἰκάς translata est.

B r e v e s d a t i v i i n -οις, qui in dialectis Transpindanis vetustissimi sunt, apud I o n e s jam sub finem saeculi V existunt. Circa annum 400 Athenis nisi -οις non scribebatur. Omnes Arcadum et Cypriorum tituli, quorum vetustissimi paulo post annum 400 conscripti sunt, -οις nobis offerunt. Temerarium igitur atque incautum esset, si titulos Thessalicos, qui tertium saeculum non superant, breve suffixum -οις e Transpindanorum dialecto mutuatos esse statueremus.

U t i n f i n i t i v o s c o n j u g a t i o n i s i n -μι a p u d T h e s s a l o s i n -μεν e x e u n t e s (ἔμμεν $345_{20\ 46}$ ἐσδόμεν $345_{20/21}$ κατθέμεν $345_{21\ 44}$ al.) inter elementa Transpindana reciperem, ea re sum commotus, quod illud breve suffixum ex alia dialecto exemplis probari nequit. Quamquam hoc argumentum nos non constringit. Primum enim jam Homerus infinitivis in -μεναι et -μεν sine discrimine utitur. Breve igitur suffixum in conjugatione Aeolica inauditum non erat, quamquam Homerum metri causa -μεναι in -μεν corripuisse obverti potest. Deinde vero etiam infinitivi conjugationis thematicae ipsos apud Thessalos et Boeotos in -μεν exibant neque nobis licet infinitivum φερέμεν, qui a gentibus Transpindanis erat alienus atque apud unum Homerum recurrit, a δόμεν, ἔμμεν etc. divellere.

Inde, quod p s i l o s i s a Thessalis aliena erat (cf. ⊟OC Herm. X, 158 ποθόδουν 345_{46} 361 A_{14} 1332_{41} ἐφανγρένθειν 345_{41}), non efficitur, ut a Transpindanis spiritus asper illatus sit. Nam Achaeos eum non ignorasse docent vetustiores Arcadum tituli. Itaque ut Iones sic Aeolenses in Asia demum psilosin assumpserunt.

Et Aeolenses et Thessali n u m e r u m d u a l e m jam priscis temporibus videntur amisisse (cf. Prellw. p. 35). Attamen in dialecto Boeotica eum non inter elementa Occidentalia retuli. Nam

apud Aeolenses, cum emigrarent, dualem in usu fuisse vetera carmina epica ostendunt.

De nonnullis elementis vere Transpindanis accuratius exponendum est:

Aspirata *ϑ* in suffixis *-σϑαι* et *-σϑω* (cf. Thess. *πεπείστειν* 345_{16}) in veteribus Locrensium atque Eleorum titulis ubique in tenuem *τ* mutata est: Locr. *χρῆσται* $1478_{19\ 23\ 25\ 28}$ *ἀρέσται* 1478_{32} *παματοφαγείσται* $1478_{41\ 44}$ *χρῆστω* $1479_{7/8}$ *ἐλέστω* $1479_{11/12}$ *ἐλέσται* 1479_{16} Ele. *λυσάστω* $1168_{7/8}$ *πεπάστω* 1168_{9} *τιμάσταν* 1159_{12} *κελοίσταν* (= *κελοίσϑην*) 1151_{13}.

In Phocensium inscriptionibus, quae omnes recentissimis temporibus natae sunt, modo *στ* modo *σϑ* scriptum est:

καταδουλιξάστω (Stir. 1546_{4} Tith. 1555 f_{11}).	*καταδουλιξάσϑω* (Stir. $1545_{4/5}$ Tith. 1555 a_{9}, b_{9}).
καταδουλιξάσστω (Daul. $1523_{7/8}$ Tith. 1555c_{11}, e_{11}).	*προϊστάσϑω* (Stir. 1547_{7}).
ἀποπολιτευσάσσται (Stir. 1539a_{55}).	*συναρχοστατεῖσϑαι* (Stir. 1539 a_{14}).
ϑέστων (Stir. 1539b_{5}).	*προϊστασϑαι* (Daul. 1523_{12}).
	δεδόσϑαι, *γίνεσϑαι* (Teithron. $1552_{11\ 16}$).
	καταδουλίζεσϑαι, *καταδουλίξασϑαι* (Elatea, 1531 a_{5} b_{5} c_{5}).

Non dubito, quin antiquitus in Phocide unum *-στ* scriptum sit. *-σϑ* e vulgari sermone irrepsit.

Aliter in Boeotia res sese habet. Scriptura *-στ* enim solis in titulis Orchomeni repertis interdum nobis occurrit (cf. Meister p. 261):

ἐφάπτεστη 497_{10} 498_{13} 499_{8} 500_{5} 501_{4}.	*καταδουλίττασϑη* 500_{5}.
καταδουλίττατη $497_{10/11}$ 499_{9}.	*ἀπογράφεσϑη*, *ἀπογραφέσϑω* ($489_{41/42,\ 47}$).
ἀπολογίττατη 488_{140}.	*γράψασϑη* ($488_{66,\ 123}$).
	κομίδδ[ε]σϑη, *ϑέσϑη* ($488_{82/83,\ 69}$).
	ἀνελέσϑη ($488_{119\ 120\ 160}$), *χρειεῖσϑη* (N495_{8}).

E ceteris Boëotiae urbibus adhuc unum *-σϑ* traditum est: *δ]έξασϑη* (Theb. 712_{11}) *διαλέγεσϑη* (Theb. 717_{7}) *καταδουλίττεσϑη* (Leb. 425_{22}) *ἐπι]μέλεσϑαι* (Thesp. $811_{15/16}$).

Cum Orchomenus prope a Phocensium finibus abesset, scripturam *-στ* e Phocensium dialecto fluxisse pro certo habeo. Scilicet dijudicari nequit, utrum Orchomenii e Boeotis et Phocensibus fuerint mixti an Phocensium elocutio litterarum *σϑ* commercio ad Boeotos, qui Orchomenum incolebant, perlata sit.

A Dorensibus *σθ* servatum esse perspicimus ex *ἀνελόσθω* (in Xuthiae titulo „sub initium saec. V composito“ [1])). Etiam in recentioribus Laconum, Messeniorum, Argivorum, Megarensium titulis ubique *-σθαι* scriptum est.

Itaque non in omnibus dialectis Transpindanis *σθ* in *στ* mutabatur. Ni forte credimus Lacones, Boeotos, alios cotidiani sermonis ratione non habita in scriptura a patribus tradita perstitisse.

E titulis, qui adhuc reperti sunt, concludendum est unam Aetolorum et Locrensium gentem in suffixis *-σθαι*, *-σθω* etc. pro *ϑ* tenuem *τ* elocutam esse. ———

Apud Thessalos *ε* ante vocales in *ι* mutatur Pheris (*Κλιόμαχος* 338_1 *Παγα*]*σικλίας* Prellw. $I_{1/2}$) et Metropoli (*'Ερροτοκλία*[ς] 331_{20} *Κλιωνίδαιος*$_{12/13}$. In titulo Crannonio 361 B_{24} Metropolitae cuidam nomen est *Λίων*. Nomina propria cum *κλέος* composita in his duobus oppidis adhuc reperta non sunt. E ceteris Thessaliae partibus plus viginti nomina propria cum *κλέος* composita innotuerunt. Per totam Thessaliam *θεός* et *νέος* in nominibus propriis non mutabantur.

Omnes dialecti Transpindanae vocalem *ε* ante vocales in *ι* mutasse vulgo putantur. Attamen et in Locrorum et in Eleorum tabulis aeneis ubique *ε* scriptum est neque minus in recentioribus Epirotarum, Acarnanum, Aetolorum, Phocensium titulis. In veteribus Argivorum inscriptionibus singulari formae *Θίοπος* I. G. A. 37 obstant *ἐτέλ*]*εον*, *Περικλέος* 35, *Κλέων* 36, 40, *'Επικτέας* 40 *"Αργεος* 41 *Δ*]*ωρόθεος* 48. Cetera exempla sunt Lacedaemoniorum, Boeotorum, Thessalorum earumque urbium, in quibus coloni Lacedaemonii consederunt. Tarentum erat Lacedaemoniorum colonia: a Tarentinis Heraclea condita est. Achaeos, qui priores in Cretam insulam emigraverunt, Lacedaemonii et Argivi e Peloponneso subsecuti sunt.

Vocabula *θιός*, *ἰόντα*, *ϝεπίja*, quae in tabula Idaliensi legimus, e dialecto Achaica explicari non possunt. Nam in Arcadiae, Cypriorum patriae, titulis *ε* ante vocales servatum est. Accedit, quod

---

1) Dialectum hujus tituli pure Doricam esse probatur formis *τοί*, *ταί*, *κα*, *διακάτιαι τετρακάτιαι*, *ἡβῶντι*, *ἡβάσωντι*, *ζῶντι*, *διαγνῶμεν*. At cujus civitatis Xuthias fuerit, magna inter viros doctos dissensio est. Cum in vetustissimis et Laconum et Argivorum titulis sigma inter vocales in spiritum asperum mutatum sit, Fickius propter vocabula *γνήσιοι*, *γνήσιαι*, *ἡβάρωντι* Xuthiam Achaeum fuisse suspicatur. At cum adhuc ignoremus, quibus temporibus quibusque Laconiae locis sigma intervocale evanescere coeperit, Fickii argumento non convincimur. Priusquam igitur pluribus titulis repertis haec quaestio soluta erit, Xuthiae titulus inter vetustissima dialecti Dorici documenta referendus est.

nisi in ipso Idalio eisque oppidis, quae ei erant proxima, *ι* pro *ε* non pronuntiabatur. Praestantissimum exemplum continetur vocabulo *θιός*, quod in omnibus Idalii Tamassique titulis, praeterea bis Golgis nobis occurrit. Contra forma *θεός* per totam insulam pervulgata erat. Veluti ea legitur in inscriptionibus Chytris, Ceryneiae, Paphi, Curii, Golgis repertis. — Inter colonos, qui Cyprum petiverunt, re vera Lacedaemonios fuisse intellegimus e nomine oppidi Lacedaemonis, quod media in insula situm fuisse suspicor.

Defendi igitur potest solos Boeotos et Lacedaemonios vocalem *ε* in *ι* mutasse: argumentis probari nequit. Nam per se haec mutatio non tam singularis vel insolens est, ut mirum videatur, si in duabus dialectis sua sponte exstiterit. Qua de re equidem mihi persuadere non potui Idalienses, qui praeterea a quavis Dorica sonorum affectione erant liberi, illa vocabula, quae supra enumeravi, e colonorum Lacedaemoniorum dialecto mutuatos esse.

Aliter de *Thessalis* judicandum est. Quorum dialectum, id quod infra exponam, ex elementis Aeolicis et Transpindanis mixtam esse certis argumentis probare possumus. Itaque si ipsis in eis Thessaliae regionibus, in quibus — ut Phthiotidem praetermittam — Transpindanorum, qui ex Epiro invaserunt, lingua plurimum valebat, Boeotica vel Laconica sonorum affectio nobis offertur, ab omni ratione abhorreret, si eam ad Boeotorum vel Lacedaemoniorum, quorum vetustissimas sedes in Epiro fuisse verisimillimum est, dialectum referendam esse negaremus.

Pro dativo stirpium in -α et -ο exeuntium a Boeotis locativus substituitur. Hunc usum vetustissimum fuisse probatur titulis Ionica alphabeto compositis, in quibus OI interdum per OE, AI per AE expressum est. Recentiore aetate *η* pro *αι*, *υ* vel *ει* pro *οι* pronuntiabatur.

Substitutio locativi pro dativo omnibus dialectis Transpindanis propria erat. Valde dolendum est, quod exempla omnia e recentibus titulis fluunt, qui maximam partem jam dativum e vulgari sermone assumpserunt. Tenacissime servabatur locativus conjunctus cum praepositione *ἐν*, quod e principali ejus vi facile explicatur.

Epirus: *Δαζούποι* 1339_6 *Βρεντεσίνοι*$_7$ *ἐν Ἀπείροι*$_{18}$. In eodem titulo sunt *Γαΐωι*$_6$ *Ρεννίωι*$_7$ *τοῖ Δί* 1369_4 *Διί Νάοι* 1374.

Dativus jam pervulgatus erat *Θεπτίνωι* $1334_{13/14}$ *Κλεομάχωι* 1336_1 *ἐν Ἀπείρωι*$_3$ *πολέμωι* 1341_7 *Ναίωι* 1373 1375 *Νάωι* 1375 *αὐτῶι* 1334_{14} 1341_6 1366_2 *Κόσσωι* 1365_5 *Ἀθερίωι*$_7$.

Acarnania *τοῖ* 1379 $_{1\ 13}$ *Ἀκτίοι*$^{2/3}$ *κοινοῖ*$_{13}$. In titulo ejusdem fere aetatis 1380 legitur *τῶι* a_1 a_7 *Ἀκτίωι* a_1 *κοινῶι* a_7 c_6.

Aetolia ἐν Φιστυοῖ $1428\,i_2$. In ceteris titulis est dativus.

Elis αὐτοῖ $1172_{21\,28}$. Ceteri tituli alphabeto vetustiore conscripti sunt.

Apud Aenianes, Phthiotas, Locros in omnibus Ionicae alphabeti inscriptionibus legitur dativus, apud Phocenses unus exceptus est titulus 1544 haud ita recenti aetate conscriptus, in quo traditi sunt locativi Ὀρθοτίμοι$_2$ Τυλισίοι$_3$.

Non recte Bechtelius in veteribus Locrorum et Phocensium titulis litteras OI per ωι transcribit. Amphictyonum decretum C. I. G. 1688, in quo dativos pro locativis legi Bechtelius monet, inter dialecti Transpindanae documenta referri non potest, cum dialecto e formis Aeolicis, Achaicis, Transpindanis, Atticis mixta conscriptum sit.

E manumissionis documentis Delphicis, quae collegerunt Wescher-Foucart, in unoquoque redeunt dativi τῶι, Πυθίωι, θεῶι, ἐφ' ὥιτε, ἄλλωι, ἱερῶι etc. Rari atque dispersi sunt locativi τοῖ, οἶ, θεοῖ. Frequentior locativorum usus est in titulis 58 (τοῖ, Πυθίοι, Ἀπολλοδώροι, ἄλλοι, τρόποι, at in eodem titulo τῶι, Ἀπολλοδώρωι) et 61 (τοῖ, Πυθίοι, θεοῖ).

His recentissimis temporibus cotidiani sermonis neque dativos in -ωι neque locativos in -οι fuisse suspicor, sed correptos dativos in -ω, qui interdum etiam in titulos irrepserunt.

In recentibus demum Lacedaemoniorum titulis locativum pro dativo usurpari Muellensiefenus non recte judicat. Nam titulum 43, in quo leguntur verba ἐν τοῖ ἱεροῖ, inter vetustissimos alphabeto Ionica conscriptos habendum esse probatur accusativis ἐγγόνως προξένως, infinitivis ἔχην, ὑπάρχην. Non multo vetustiores sunt tituli 41 (τῶι Διί) et 42 (τῶι δάμωι). Praeterea et αὐτοῖ et αὐτῶι legitur in recentiore titulo ipso quoque Geronthris reperto 48.

Arcadibus locativi vel ex Elide vel e Lacedaemone illati sunt.

Transpindana igitur elementa dialectorum Thessalicae et Boeoticae haec sunt:

I. Soni.

I. Vocales.

Thessali	**Boeoti**
a) α respondet vulgari ε	
ἱαρουτός semel tantum legitur	ἱαρός[1]), si nomina cum ἱαρο-

1) Formae ἱ(σ)έρος (Ion.-Ach.) et ἱ(σ)αρός (Transp. = ssc. iširás) nisi accentu distinctae non sunt. Aeolicum ἶρος ex ἰσ-ρός natum esse non potest, cum

Thessali

in titulo Crannonio 361 B_{24}, qui alia quoque elementa Transpindana recepit.

Saepissime *ἱερός* traditum est: *Ἱέρουν* Phars. 326 Π_{23} *ἱερόν* 345_{22} *Ἱερομνάμων* 53 *ἱεροῦν* 40 *ἱερομναμονείσας* Phalann. $372_{3/4}$ *ἱ]εράν* Phalann. $13?2_{2}$.

κε (cf. p. 16).

Boeoti

composita comprehendimus, fere nonagies in titulis legitur.

κα (quadragies fere traditum).

Nomen deae est *Ἄρταμις* (cf. Ahrens II, 114). In nominibus propriis etiam *Ἀρτεμι-* admittitur.

b) Vocalis *ρ* (ssc. r̥) ut apud Iones, ita apud Transpindanos *ρα* sonabat.

Thessali: *Στράτουν* 345_{54} 1308_{2} *Στράτιος* 345_{68} *Σούστρατος* 345_{46} etc. Nomina cum *στρότος* composita adhuc desunt.

Boeoti: *Φιλόστρατος* 503_{24} 533_{9} 547_{4} *Μενέ[σ]τρατος* $501_{1/2}$, at saepius *Δαμόστροτος* 1010 *στροτιώτας* 712 8 15 al. Singulis nominibus, in quibus *στρατος* inest, respondent bina cum *στροτος* composita.

Thessali: *Ἐρα* .... 331_{22}. Estne *Ἐρά[των]* supplendum?
At *Ἑροτοκλίας* 331_{20}.

Boeoti: *Ἐράτων* 914 III_{7}.
At ter *Ἐροτίων* 494 16, 706 4/5 864 5 semelque *Ἐροττίς* 606.

c) Vocalis nasalis, quae inter consonantes ab Aeolensibus et Ionibus sono obscurato o pronuntiabatur, apud Transpindanos *α* sonabat.

Boeoti: *ϝίκατι* 385_{6} saepius, *πεντακάτιος* 705_{21} saepius, *ὀκτακάτιος* 488_{62} saepius, *δέκατος* 665, 802_{15} *ϝικαστός* 488_{109}.

d) Priorem praepositionis *ἀνά* vocalem Transpindani atque Iones sono non obscurato pronuntiabant.

Thessali: *ὀν*

Boeoti: Ubique *ἀνά*.

---

ex hac forma secundum dialecti Aeolicae leges *ἵρρος* fieri debuerit. Neque magis, quae vulgo defenditur, sententia *ἱρος* ex *ἱ(σ)ερος* contractum esse mihi probatur. Nam ne unum quidem talis contractionis exemplum paulo vetustius novi. Itaque *ἱρος* ex *ἰσιρός* = *ἰσ̆ρός* ortum esse conjicio. Pro vocali minima (Minimalvokal) Graeci saepius vocalem *ι* substituebant velut *πιλνός* = *π̆λ-νός*, *ἐ-ϝέ-ϝιπον* (*ἔ-ειπον*) = *ἐ-ϝέ-ϝ̆πον*, *ἵζω* = *σ δ-jώ* a radice *σεδ*, alia.

Thessali | **Boeoti**

e) Vocalis *ε* (more Laconico) ante vocales in *ι* mutatur.

Κλιόμαχος 338_1 *Παγα*]*σικλίας* Prellw. $I_{1/2}$ e Pheris, *'Ερoτοκλίας* 331_{20} *Κλιωνίδαιος* $_{12/13}$ *Λίων* 361 B_{24} e Metropoli. Exceptis his exemplis *ε* servatur.

Frequentia hujus mutationis diversis Boeotiae regionibus erat diversa (cf. Meister p. 243). In titulis alphabeto Ionica conscriptis saepius *ι* legitur.

f) ο + ᾰ in ᾱ contrahitur.

Πρoνταγοραίοι 1329 I^a10.

πρᾶτος 476_6 484_9 485_6 486_{13} 483_9. — *Πρωτο-* in nominibus propriis.

2. Consonantes.

a) Damnum spirantium liquidae vicinarum vocali, quae antecedit, producta compensatur.

Aeolico more spirans liquidae assimilatur (cf. p. 11).

εἶμεν (= *ἧμεν*) saepissime, *παρμείναντα* (= *παρμήναντα*) 425_{10} *βωλά* 956_1 *Διωνύσιος* saepissime, *ἀμέων* 737_9 etc. (cf. Meister p. 230 nr. 2 et p. 222 nr. 3).

b) Suffixa verbalia *-τι* et *-ντι* atque numeralia in *-κάτιος* assibilationem non patiuntur.

ἀντίθειτι et *ἀντίθεντι* saepissime *ἔχωνθι* $495_{6/7}$ *ἴωνθι* 489_{46} *ζώωνθι* 385_4 N 402_6 *ἀποδεδόανθι* 489_{35} alia. *ϝίκατι* 385_6 489_{39} $502_{1\ 4\ 5}$ 413_{10} *πεντακάτιος* 488_{168} 502_6 705_{21} 737_{15} *ὀκτακατίας* 488_{62} $_{79\ 100}$ etc.

c) Ionico et Aeolico *ζ* = *δι̯* apud Lacones et Eleos in fronte vocabulorum respondet *δ*, mediis in vocibus *δδ*.

A fronte vocabulorum *ζ* omnino adhuc traditum non est, mediis in vocabulis uno in urbis nomine *'Αζ*[*ώρ*]*οι* $371_{2/3}$ et in nomine proprio *Θεοζότειος* 345_{71}. De quo infra loquar.

Mediis in vocabulis ubique *δδ* scriptum est: *δοκιμάδδει* 488_{68} 802_7 *κομίδδεσθη* $488_{82/83}$ *ἱαρειάδδοντος* saepe, *ἐπεψάφιδδε* saepissime. Una forma *δαΐζοι* 1145_{12}, quae obsistit, eo excusatur, quod ille titulus 1145 Aegosthenis in oppido Megarico conscriptus alia

Thessali | **Boeoti**

quoque contra dialectum peccata continet.

A vocabulorum fronte littera ζ una in stirpe ζω „vivere“ servata est: semel δώει, quinquies ζώει, semel δώωνθι, ter ζώωνθι vel ζῶνθι scriptum legimus. Quinis nominibus propriis cum Ζω- compositis respondent fere singula a Δω- ordientia.

d) In suffixis verbalibus -σθαι, -σθω a Locris, Aetolis, Phocensibus aspirata θ in tenuem mutabatur (cf. pag. 18).

πεπείστειν 345_{16}. Plerumque lapicida elocutionis ratione non habita in vetere scriptura perstitit ἐσσέσθειν16 ψαφιξάσθειν14 ἐξεργασθειμέσθειν17.

Soli Orchomenii huic mutationi favebant (cf. pag. 18): ἐφάπτεστη, καταδουλίτταστη, ἀπολογίτταστη.

II. Flexio.

1. Pro dativo locativus usurpatur (cf. pag. 20).

Ubique dativi correpti in -ου.

Per omnes urbes locativi in OI, OE, υ, ει et AI, AE, η in usu erant. Dubii sunt duo dativi correpti in titulis vetustiore alphabeto conscriptis Εὐχσενίδα et Ἀθανοδώρα (Tanagr. 880 et 892).

2. Conjugationis in -μι infinitivus exit in -μεν.

ἔμμεν $345_{20\ 46}$ ἐςκιχρέμεν Prellw. XIV_4 δόμεν 361 A_{13} $345_{23\ 46}$ ἐςδόμεν $345_{20/21}$ κατθέμεν $_{21\ 44}$.

εἶμεν saepe, ἀποδόμεν $488_{56\ 113\ 158}$ 712_7.

3. Suffixum personae III. plur. imperat. act. est -ντω (Aeol. -ντον).

οὐπερδικιόνθω 430_5 δαμιώνθω 500_7 σουλώνθω 501_6.

III. Singula.

1. | τύ „tu“ 661_3.

2. οἱ, αἱ. | τοί, ταί (artic.) saepe.

Priusquam longius progrediamur, paucis verbis comprehendenda sunt, quae ex analysi dialectorum adhuc perfecta efficiantur.

Dialectus Thessalica fere eadem est atque Aeolica. Hoc dilucide cognoscimus e geminatis liquidis, e longa vocali stirpium in Vau exeuntium, e participio perf. in *-ων*, *-οντος*, e flexione verborum, quae nominantur contracta, denique e singulis velut *ὀν-*, *ἀπύ*, *κε*, *ἴα* aliis. Paucae formae Transpindanae in flexionem invaserunt [1]).

Prorsus aliter primo conspectu dialectus Boeotica videtur composita esse. In qua non solum formae sed etiam sonorum affectiones Aeolicae et Transpindanae inter se conjunctae sunt, veluti *στρότος* cum *στράτος*, *κλίος* cum *κλέος*, *τεῖλε* cum *πεῖλε*. At si in singula accuratius inquiremus, statim intellegemus exempla alterius affectionis aut numero exigua esse aut nominibus propriis contineri. Quod tenendum est, ne in pravam mixtarum dialectorum explicationem incidamus. Etenim fac — secundum Collitzii sententiam — Aeolicas formas dialecti Boeoticae e Thessalia quasi undis allatas esse, quanam de causa apud Boeotos nusquam geminatam liquidam, assibilatum *πέμπονσι* vel *πέμπωσι* invenimus? Cur potissimum flexionis proprietates, non sonorum affectiones Aeolicas Boeoti a Thessalis mutuati sunt?

Omnes Graecorum mixtae dialecti, quas novimus, non sine legibus e formis sonisque inter se discrepantibus, sed, ut ita dicam, ratione atque arte sunt compositae. Graeci, qui quam acriter singularum dialectorum discrimina et noverint et observaverint inter omnes constat, non in eadem dialecto *πέμποντι* et *πέμπονσι*, *ἀνδράσι* et *ἄνδρεσσι* ferri posse sentiebant. Mero casu necessitate non adacta dialectos quasdam unquam mixtas esse ob omni probabilitate abhorret. —

Quoniam igitur in dialecto Boeotica Transpindanae sonorum proprietates cum Aeolicis formis conjunctae sunt, hoc est certissimum argumentum re vera duas gentes duasque dialectos, quarum ex altera soni, ex altera flexiones retinebantur, in unam confluxisse.

---

1) Obscurum mihi est, quomodo Prellwitzius p. 28 formas *οἴκεντι*, *φίλεντι*, quae a grammaticis falso dialecto Aeolicae ascribuntur, Thessalicae tribuere potuerit. Nam ipsa assibilatione gravissimum discrimen inter dialectum Achaicam (Aeolicam) et Transpindanam contineri supra vidimus.

3.

Proprietatum, quas dialecti Thessalica et Boeotica cum Achaica (i. e. Arcadica et Cypria) communes habent, tria sunt genera:

Primum genus est earum formarum, de quibus hae dialecti fortuito consentiunt. Procul dubio fere apud omnes Graecorum gentes post *υ* ante vocales parasiticum Vau pronuntiabatur. Quod hic sonus solis a Boeotis et Cypriis scribebatur (*Boeot.* *Εὐϝάγορος* 648, *Εὐϝετειρίς* 1040, *Βακεύϝας* 458$_1$, *Cypr.* *κενευϝόν* 20$_{2/3}$ *κατεσκεύϝασε* 31$_3$ *Εὐϝάγορος* M. 153 154 alia), ea est causa, quod ipsae hae duae gentes rationem phonetice scribendi sequebantur.

Etiam nomina propria in *-άγορος* exeuntia, quae adhuc solis in titulis Cypriorum (*Εὐϝαγόρω* M. 153 154) et Boeotorum (*Εὐϝάγορος* 648) leguntur, non satis peculiaria sunt, e quibus artius vinculum inter has gentes necti possit.

Ad alterum genus eas formas refero, quas, quamquam propter exiguum vetustiorum titulorum numerum apud Lesbios nondum invenimus, tamen veteris dialecti Aeolicae fuisse verisimillimum est. His ascribo:

1) Labialem pro dentali (Cypr. *πείσει* 60$_{12\ 25}$)

Thessali	Boeoti
ἀππεισάτου 1332$_{28}$ *Πείσσας* 326 I$_{19}$.	*ποταποτισάτω* 488$_{85}$ *Τισαν-* 736$_5$ *Τισιμένεις* N 791 b$_9$.

2) Singula vocabula

a) *πτόλις*

Cypr. *πτόλιν* 60 saepius.

Cret. *Πτολίοικος* Aptera, Silberm. d. Br. Mus. Catal. Creta, 8 nr. 1, 2, 3). In Arcadia veteri castello prope Mantineam posito etiam suis temporibus nomen *πτόλις* fuisse Pausanias testatur.

Thessal. *ττολίαρχοι* 1330$_1$ *ἀρχιττολιαρχέντος*$_3$. Duplex *τ* assimilatione e *πτ* ortum est, sicuti *Ἀτθόνειτος* 345$_{60\ 89}$ ex *Ἀφθόνητος*.

Denique cf. Homer. *πτόλις*, *πτολίεθρον*.

b) *λιμήν* = *ἀγορά*

Thessalos vocabulo *λιμήν* pro *ἀγορά* usos esse grammatici tradunt. Quorum testimonium nunc confirmatum est titulo Larisaeo 345$_{42}$

ἐσθέμεν ἐν τὸν λιμένα.

Urbem Larisam portum non habuisse vix opus est commemorare.

Teste Hesychio eadem notione a Paphiis usurpabatur:
λιμήν. ἀγορὰ' καὶ ἐνδιατριβή. Πάφιοι.

c) *ἀκοστή*

Schol. ad Z, 506 *κυρίως δὲ αἱ πᾶσαι τροφαὶ ἀκοσταὶ καλοῦνται παρὰ Θεσσαλοῖς.*

Hesych. *ἀκοστή. κριθὴ παρὰ Κυπρίοις.*

Verbum inde derivatum legimus in Z, 506
ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ.

d) *πύλος*

Hujus nominis appellativi unus adhuc genetivus plur. traditus est apud Thessalos 1332_{23} *πύλουν.*

Praeterea tribus Peloponnesi oppidis (in Triphylia, Elide, Messenia) nomen *Πύλος* erat.

Maximi momenti sunt tertii generis formae, quae dialectis Thessalicae, Boeoticae, Achaicae propriae, ab Aeolica alienae sunt.

1) E praepositione *ἐξ* ante consonantes fit *ἐς*.

Achaei	**Aeolenses**
Arcad. *ἐςδέλλοντες* 1222_{49} *ἐςδοθῆ* $_{52}$ *ἐςδοκαῖς* $_{51}$ etc. Cypr. *ἐς ποθ' ἕρπες· πόθεν ἥκεις;* Hesych.	*ἐκ τῶν* 214_{22} *ἐκ τᾶς* 281 A_8 B_2 *ἐκ Θέρμας* 304 A_{47} alia.
Thessali	**Boeoti**
ἐς τᾶν Φαλανναιᾶν πολίων 1329 Ia_{15} *ἐςγόνοις* 361 B_{18} *ἐςδόμεν* 345_{20} *ἐςθέμεν* $_{42}$.	*ἐς τῶν ἐφήβων* 813_3 *ἐςγόνοις* saepe. Recentiore aetate etiam ante vocales *ἐσς-* scribebatur veluti *ἐσςεῖμεν* $425_{21/22}$ 500_4 501_4 N $747c_7$.

2) Nasalis post breves vocales genuino sigmate insequente vestigio non relicto excidit.

Achaei	**Aeolenses**
Arcad. *τὸς ἐπισυνισταμένος* 1222_{51}. Cret. *τός, θεός, αὐτός, τοιούτος* saepius.	*ταὶς ἄρχαις παίσαις* 213, 8, 10 *τοὶς ἀλλάλοις* 214_{17} 26 30 35. *στοίχεις* 311_{13} *προσμέτρεις* $_{18/14}$ *συνάνταις* 215_{28} *ἀκούσαις* 214_{34} 281 C_{23}.
Thessali	**Boeoti**
τὸς ταγός 345_8 11 24 41 *ἑτέρος ἀξίος* $_{13}$ *πολέμος* $_{12}$ *αὐτός* $_{42}$. *εὐεργετές* 361 B_9.	*τώς* saepe, *σουγγράφως* 489_7 18/19 *παργινυμένως* $1145_{7/8}$ alia.

3) Ante sigma per assibilationem e littera *τ* natum nasalis non ejicitur.

Achaei	**Aeolenses**
Arcad. *κρίνωνσι* 1222_5 *κελεύωνσι*$_{15}$ *παρετάξωνσι*$_{28}$. Cret. *νικάσανσι* L. G. XI,$_{39}$ *ληΐονσαν* VII, 42 alia.	*ἐμμενέοισι, οἰκήσοισι* 214_{29} *ἀπαγγέλοισι* $281A_{38}$. *παῖσα* $213_{8\ 10}$ *προσήκοισα* 215_{23} *ἁρμόζοισα* $311_{15/16}$ alia.
Thessali	**Boeoti**
πάνσα 326_2 *λειτορεύσανσα* Ephem. arch. 1884 p. 222, vs. 3.	*προυπάρχωσα* $1145_{2/3}$ *ἴωσα* (= *οὖσα*) saepissime.

Difficultas, quae primo conspectu ex his tribus proprietatibus — a dialecto Transpindanorum alienis — nasci videtur, facile eo tollitur, quod formas Achaicas, Thessalicas, Boeoticas ex eadem stirpe unde Aeolicas fluxisse demonstrari potest. Achaei enim, antequam in Thessalos et Peloponnesios essent divisi, et *ἐξ* ante consonantes et *τόνς* et *πάνσα* pronuntiabant.

Pleniorem formam *ἐξ* in principali Achaeorum dialecto etiam ante consonantes pronunciatam esse e dialecto Cypria efficitur. In tabula Idaliensi legimus *ἐξ τῶι* $60_{5\ 11\ 24}$ *ἐξ τᾶι* $60_{6\ 24}$ [1]). Ahrensii sententiam consonantem *ξ* apud Cyprios sibilantem sono gutturali affectam fuisse omnes viri docti secuti sunt, quamquam Cyprios non aliter ac ceteras gentes gutturalem in *ξ* clare atque distincte pronuntiasse tituli nos docent. Syllaba *ξι* enim in alphabeto Cypria per *ki. si* (37,$_2$), *ξο* per *ke. so* (60,$_{31}$) scripta est. Syllabam *ξε* peculiari signo expressam esse non ignoro. At unde novimus alterum *ξ*, quod est in *ὀρύξη* (*o. ru. xe*), *ϝάναξ* (*va. na. xe*) aliis, ab altero, quod in *ἕξο(ν)σι* (*e. ke. so. si*) legitur, sono distinctum fuisse? Immo si alterum ab altero discerneremus, prave nos facturos esse inde probatur, quod syllaba *ξα* modo per *ka. sa* (in *εὐξάμενος* 45_2), modo per signum peculiare (in *ἔϝερξα* 71) expressa est. Denique equidem non video, quae sonorum diversitas inter sibilantes ex *κσ* et *κι̯* ortas interesse potuerit. Atqui sibilans e *κι̯* nata in titulis Cypriis ubique eodem signo, quo spirans *σ*, significata est, veluti in vocabulo *ϝάνασ(σ)α* = *va. na. sa*.

Concedo me his argumentis non demonstrasse saeculo IV a. Chr. in verbis *ἐξ τῶι* duplicem consonantem re vera esse pronuntiatam. Immo verisimillimum est illis temporibus Cyprios gutturalem in *ξ* jam levius minusque distincte elocutos esse. At hoc non curamus. Nam e titulorum scriptura luce clarius intellegimus

1) Pro Deeckii lectione *ἔξβασιν* 32_1 scribendum est *ἐπίβασιν*.

vetustissimam Cypriorum dialectum ea aetate, qua e Peloponneso emigraverunt, neque ἐς neque ἐκ, sed unum ἐξ habuisse. Unde efficitur, ut apud gentem Achaicam, priusquam in Thessalos, Aeolenses, Peloponnesios esset discissa, unum ἐξ in usu fuerit. Neque hoc mirum. Nam non solum in Graecorum, sed in omnium populorum Indogermanicorum lingua principali una forma *eks* exstabat.

Etiam facilius probatur apud gentem Achaicam, antequam in tres partes esset disjuncta, genuinas formas *τόνς* et *πάνσα* in usu fuisse. Si, priusquam dialectus Aeolica a Thessalica dissolveretur, nasalis *ν* ante *σ* jam excidisset, inexpertum nobis esset, unde in formis Aeolicis *τοίς* et *παῖσα* vocalis iota provenerit [1]). Etiam formae Thessalicae atque Arcadicae *τός*, *αὐτός* aliae tum demum e *τόνς*, *αὐτόνς* ortae esse possunt, cum productio, quae appellatur suppletoria, jam perfecta atque absoluta erat.

Itaque si forte quispiam dialectos Aeolicam et Achaicam ex una stirpe prodisse sibi non persuasit, caveat, ne formas Achaicas *ἐς*, *τός*, *τρέπονσι* Aeolicis *ἐκ*, *τοίς*, *τρέποισι* opponat: his enim vinculum inter Achaeos et Aeolenses potius nectitur quam dissolvitur.

4.

Dialectorum Thessalicae et Boeoticae elementa, quae in nulla ceterarum gentium Graecarum dialecto recurrunt.

Per speciem dialecti in vocali *η* in *ει* mutata concinnunt. Nam etiamsi haec mutatio et apud Thessalos et apud Boeotos, priusquam alphabetum Ionicam recepissent, nata est, tamen in utraque dialecto peculiarem causam videtur habuisse. Apud Thessalos non solum *η* in *ει*, sed etiam *ω* in *ου* mutatum est, apud Boeotos, qui *ω* non mutaverunt, arte inter se cohaerent mutationes vocalium *αι* in *η*, *η* in *ει*, *ει* in *ι*.

Maxime miratus sum, quod Prellwitzius p. 17 Blassii (Ausspr.[2] p. 39 sq.) sententiam defendit Thessalicum *Κερδοῖος* e *Κερδώιος* correptum — itaque formam Boeoticam esse. Nam a grammaticis adjectiva in *-οῖος* velut *γελοῖος*, *πατροῖος*, quae in ceteris dialectis in *-ώιος* exeunt, ipsis Boeotis attribuuntur. Attamen ex adjectivo *ἀϑοῦος* $1332_{42/43}$ dilucide apparet e *Κερδώιος* apud Thes-

1) Ubicumque ante sigma vocalis *ι* parasitica irrepsit, sigmati altera consonans succedit veluti in nominibus Boeoticis *Θεισπιεύς* saepissime, *Θιόφειστος* $488_{90/91}$.

salos *Κερδοῦος* fieri debuisse. *Κερδοῖος* contractione e *Κερδόσ-ιος* ortum est. Contra regulam igitur hoc adjectivum a stirpe *Κερδος-*, in qua vocalis est demissa, neque a stirpe primaria *Κερδες-* (cf. *Ἀργεῖος* = *Ἀργέσ-ιος* ab *Ἀργες-*) derivatum est. Ceterum inde minime efficitur, ut tempore quodam substantivum *ἡ κερδώς* omnino exstiterit.

His sublatis restant sex Thessalorum atque Boeotorнm proprietates:

Thessali	Boeoti

1. Genetivus plur. primae declinationis exit in *-άων*.

Thessali	Boeoti
E Crannone *τᾶν κοινάουν* 361 A_{18} *πολιτάουν* 361 B_{16}. Contra apud Larisaeos *κοινᾶν* 345_{46} et Phalannaeos *κοινᾶν* 1332_{41} *πολιτᾶν* $1332_{7\ 46}$.	Articulo excepto ubique legitur forma non contracta (cf. Meister p. 271) veluti *δραχμάων* Leb. $413_{4\ 6}$ *ὑπεραμεριάων* Orch. 488 $_{115/116}$ *ἰωσάων*$_{116}$ *Μωσάων* Theb. 717_{3} Thesp. 800_{5} *σ[υν]θυτάων* Thesp. $800_{3/4}$.

2. Infinitivus praesentis act. conjugationis thematicae desinit in *-μεν*.

Thessali	Boeoti
E Larisa *ὑπαρχέμεν* 345_{19} *πρασσέμεν*$_{17}$ *κρεννέμεν*$_{14}$. E Crannone *ὑπαρχέμεν* 361 B_{19}. Contra e Pharsalo *ἔχειν* = *ἔχην* 326_{4}. Incertae originis ΦΕVΓΕΝ Prellw. XI_{8}.	In omnibus titulis *-μεν* traditum est (cf. Meister p. 279) veluti *φερέμεν* Thesp. 802_{16} *ὑπαρχέμεν* Aegosth. 1145_{13}.

3. *βέλ-* (*βέλ-jo-μαι?*) „velle".

Thessali	Boeoti
βέλλειτει Laris. 345_{20} *βελλομένου* Phalann. 1332_{15}.	*βειλόμενος* Lebad. $429_{6/7}$ 430_{6}.

4. Tenuis *τ* in suffixis verbalibus ante *ν* in aspiratam *θ* mutatur.

Thessali	Boeoti
ἐγένονθο 345_{12} *ἐφανγρένθειν*$_{41}$ = *ἐφάνγρενται*.	*εὑρί]σκονθι* Theb. 712_{9} *ἴωνθι* Orch. 489_{46} *ἀπεγραψάνθω* saepissime, *δαμιώνθω* 500_{7} *παργινύωνθη* Aegosth. $1145_{11/12}$ alia. Quaternis *-νθ-* respondent singula *-ντ-*, unde apparet scripturam *-ντ-* recenti aetate e vulgari dialecto invasisse.

Thessali	Boeoti
5. *γίνυμαι* pro *γίνομαι*. *γινύειτει* $345_{22/23}$ *γινυμέναν* $_{45}$.	*γινιούμενον* Chaeron. 385_{6} *παρ-γινυμένως* Aegosth. $1145_{7/8}$ *παρ-γινύωνθη* $1145_{11/12}$. E Thespiis *γινο[μ]ένοις* 811_{9}.

6. In nominibus propriis -*ζοτος* pro -*δοτος* scriptum est.

Thessali	Boeoti
Θεοζότειος 345_{71}.	*Θεόζοτος* 914 III_{5} N 807^{a}_{6} *Θεοζότιος* 708_{5} *Διόζοτος* 556_{20} *Διοζότι[ος]* 700_{9}.

His formis pauca verba sunt addenda.

Grammaticorum testimonium Boeotos suffixum -*άων* non contraxisse praestantissime lapidibus est confirmatum. Exceptus est unus articulus (cf. Ion. *τῶν Μούσεων*, Bechtel Ion. Inschr. p. 12), qui apud Aeolenses etiam breve dativi plur. suffixum -*οις* prius quam nomen assumpsit. Lesbii et Transpindani principalem formam -*άων*, quae apud Homerum servata est, jam Sapphus et Alcmanis temporibus in -*ᾶν* contraxerant. Itaque, quod Thessali Boeotique genuinum -*άων* retinebant, neque inter Aeolicas neque inter Transpindanas proprietates referre nobis licet. Quin etiam, ne Thessalos ac Boeotos quidem artiore quodam vinculo conjunctos fuisse ex his genetivis concludere possemus, nisi aliae formae accederent, quas neque in ceteris dialectis neque in primaria atque communi lingua Graeca unquam exstitisse certe scimus.

Infinitivi conjugationis thematicae in -*μεν* exeuntes e quavis viva dialecto praeter Thessalicam et Boeoticam frustra quaeruntur. Sed cum in multis Homeri versibus metro firmati sint, Aeolensibus jam ante Lesbiorum emigrationem proprii fuisse debent. Supra commemoravi etiam Thessalorum infinitivos *δόμεν*, *θέμεν*, *ἔμμεν* fortasse non ad Transpindanorum dialectum referendos esse, cum eidem apud Homerum legantur.

Supplementum haud ingratum ad dialectum Aeolicam continetur verbo Thess. *βέλλομαι*, Boeot. *βείλομαι*. Cum Transpindanos forma *δήλομαι*, Iones *βούλομαι* (radix est *gel*) usos esse constet, prope adest conjectura *βέλλομαι* formam Aeolicam fuisse. Tituli huic opinioni non obstant. In quibus adhuc substantivum vocali demissa juste fictum *βολλά* verbumque inde derivatum *βολλεύω* in lucem edita sunt.

Praeter *Θεόζοτος* et *Διόζοτος* in *utraque* dialecto vulgare *Θεόδοτος* traditum est, praeterea in Thessalica *Θεορδότειος* 326

Π_{42} *Θεορδότεος* 331_9, quibus in nominibus certissima rhotacismi exempla habemus, in Boeotica *Θειόσδοτος* 567_1 (alphab. vetust.) *Θεόσζοτος* 1043. — Führer (de dial. Boeot. p. 15) cognovit litteram *ζ* in *Θεόζοτος* et *Διόζοτος* non ex *δ* vel *δj* ortam, sed pro *σδ* scriptam esse. Cum primarium *ζ* = *δj* Boeoti mediis in vocabulis in *δδ*, Thessali in *σσ* (*δj* = *δσ* = *σσ*) mutarent, signum *ζ* erat supervacaneum atque pro sono sibilanti *σδ* scribi poterat. In difficillimam quaestionem, qua ratione formae *Θεόσ-δοτος*, *Διόσ-δοτος* ortae sint, hoc loco ingredi meum non est. Satis habeo monuisse et a Thessalis et a Boeotis litteras *σδ* per *ζ* expressas esse. Verisimile est huic scripturae etiam peculiarem sonum — fortasse nostro *z* similem — respondisse.

Tenues nasali praecedente interdum in aspiratas mutatas esse in libris grammaticis, quae nunc vigent, inter communes linguae Graecae leges refertur. At certum hujus mutationis exemplum traditum non est. In vocabulis *τυγχάνω*, *λαγχάνω*, *ταχύς* aliis aspirata erat primaria.

Suffixa verbalia *-νθι*, *-νθο*, *-νθαι* ne omnibus quidem Transpindanorum gentibus propria videntur fuisse. Hoc inde conclusi, quod in Locrorum tabulis aeneis leguntur *ἀπελάωνται* 1478_8 *δείλωνται* $_{3/4}$ *ἔωντι* $_{28}$ *λείπωνται* $_{42/43}$ *ἀνδιχάζωντι* 1479_{10}. Cum in eisdem titulis in suffixis verbalibus *-σται*, *-στω* tenues pro aspiratis scriptae sint, permirum esset, si tenues in aspiratas mutatae scriptura expressae non essent.

Ceterum huic aspirationi singillatim etiam in Phocensium Stiride occurrimus: *ἱστάνθω* 1539_{18} *ἱστάνθων* $_{42}$ *πολ]ιτε[νόν]θω*, *θέλωνθι* 1547_8. Multo saepius — interdum in eisdem titulis — *ντ* scriptum est: *ἐξεθρέψαντο* Daul. 1523_5 *ἀνατεθέκαντι* $_{10}$ *θέλωντι*, *ἀποθάνωντι* $_{20}$ *φυλάσσοντι* Drym. 1529_3 *δικάζοντι* Stir. $1539^a{}_{31}$ *γεγένηνται* $_{31}$ *δαμιουργεόντων* $_{44/45}$ *κοινωνεόντω* $_{52}$ *ἐμμείνωντι* $_{59}$ *ἀποτεισάντων* $_{60/61}$ *ποιεόντων* 1539 b_1 *γραψάντων* $_2$ *ἀναθέντων* $_{2/3}$ *ζῶντι*, *θαψάντω* 1545_7 *θάψωντι* $_8$ *ποιήσωντι* $_{8/9}$ 1546_7 *ἐόντω* 1548 a_7 *τελευτάσωντι* b_9 *ἀπομαρτυρησάντων* Teithr. 1552_8 *ἀπέδοντο* Tithor. 1555 a_4 b_3 $c_{4/5}$ *ἔχοντι* c_2.

Ex eo, quod in permultis horum titulorum *-σται* et *-στω* pro *-σθαι* et *-σθω* scriptum est, apparet scripturam *-ντι*, *-ντο* etc. non una cum vulgari sermone esse receptam. Tria illa aspirationis exempla simplicitur eo explicantur, quod Stiris oppidum vix quinque milia passuum a Boeotorum finibus aberat. Itaque ut Aetolorum atque Locrensium elocutio *στ* pro *σθ* e Phocide singillatim ad Boeotorum Orchomenum transmigravit, ita vice versa Boeoticum

νθ pro *ντ* in Phocensium Stiridem translatum est. Inter has duas urbes dialectorum fines erant.

Incredibili fere audacia est Prellwitzii conjectura (p. 13 et 54) formam γίννμαι e *γίγνομαι* vocali *ο* ex Aeolensium more in *υ* obscurata ortam et deinde per analogiam in flexionem verborum *ζεύγνυμι, μίγνυμι* etc. traductam esse. Neque *γίνομαι* ex *γίγνομαι* neque *γίνυμαι* ex *γίγνυμαι* originem duxit. Immo *γίνομαι* prodiit ex γινϝο-μαι cf. sscr. *jinva-*, *jinva-ti*; got. **us-kijan* (*uskijanata*) = *keian*, *us-keinan* „hervorkeimen". Ex hac radice ginv prorsus ad regulam praesens non thematicum *γίννμαι* fictum est [1]). Eadem ratio interest inter Att. *ἄνω* (= *ἄνϝω*) et *ἄνυ-μι* (*ἀνύω*) cf. sscr. *sanṓti*, *sanu-tár*. Cum verbo γίνομαι non solae gentes Transpindanae usae sint (cf. Aeol. *γίνηται* 276_{10}, natum ex **γίννηται*, Arcad. *γίνεσθαι* 1222_{9} *γίνητοι* $_{2}$ *γινόμενον* $_{20}$), dijudicari nequit, utrum *γίννμαι* Aeolensium an Transpindanorum an principalis linguae Graecae fuerit.

Iam videamus, qua ratione mixtio dialectorum Thessalicae et Boeoticae orta sit. Quam ad explicandam **historia atque geographia** haec singula momenta nobis suppeditantur:

1) Totius Graeciae historia incipit a Thesprotarum in Thessaliam invasione cf. Herod. VII, 176 *Θεσσαλοὶ ἦλθον ἐκ Θεσπρωτῶν οἰκήσοντες γῆν τὴν Αἰολίδα.* Hanc Thessalorum gentem dialecto Transpindana usam esse vix opus est commemorari.

2) Boeoti antiquissimis temporibus in Thessaliae inferiore parte circum Arnen sedebant. Inde a Thessalis ejecti per Sperchei et Cephissi valles usque ad Copaidis paludis ripas migraverunt, cf. Thuc. I, 12, 3 *Βοιωτοί τε γὰρ οἱ νῦν ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν τὴν νῦν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηίδα γῆν καλουμένην ᾤκησαν.* Haec narratio confirmatur Boeotiae urbium et fluminum nominibus, quae magna ex parte etiam in Thessaliotide, Pelasgiotide, Phthiotide existunt veluti Thebae, Coronea, Onchestus. Deorum quoque cultum emigrantes in novas sedes secum tulerunt velut Palladis Itoniae.

3) Hos Boeotos e Thessalia pulsos Aeolenses fuisse Pausanias X, 8, 4 testatur: *Θεσσαλίαν γὰρ καὶ οὗτοι* (scil. *οἱ Βοιωτοί*) *τὰ ἀρχαιότερα ᾤκησαν καὶ Αἰολεῖς τηνικαῦτα ἐκαλοῦντο.* Hoc Pausaniae testimonium concinnit cum Herodoti verbis supra allatis.

---

1) Etiam in Vedis una praesentis non thematici forma tradita est: *jinó-ši* (cf. Grassmann, Lex. p. 488).

4) Nomen Βοιωτοί nisi genti Transpindanae fuisse non potest. Imprimis in Epiro pervulgata erant ethnica in -τός exeuntia velut Θεσπρωτός, Δυεσστός, Καρτατός alia. Uni ex Aetolorum gentibus nomen erat Ἀποδωτοί, cf. Fick ad Coll. coll. 334.

Quod si respicimus, dubium esse nequit, unde nomen Βοιωτός originem duxerit. Βοιωτοί priscis temporibus ea gens appellabatur, quae sub radicibus ingentis Boei montis — in septentrionali Epiri parte siti — sedebat. Eadem ratione Tymphaei e Tymphe monte, Oetaei ex Oeta nominati sunt.

5) Parva oppida Βοῖον et Πίνδος, quae in Doride sita erant, ab eis gentibus condita esse apparet, quae a montibus Boeo et Pindo mediam in Graeciam descenderant.

6) Priusquam migrationes inciperent, media in Graecia gentes quaedam Aeolicae incolebant: Θρᾶκες, Μινύαι, Καδμεῖοι aliae. Has omnes nomine Αἰολεῖς comprehensas fuisse nobis traditum non est neque per se verisimile, cum hoc nomen procul dubio primitus *uni* genti proprium fuerit.

Ex his singulis momentis, qua ratione dialecti Thessalica et Boeotica ortae sint, facile explicatur:

In Thessalia ab utraque Penei fluminis ripa antiquissimis temporibus dialectus pure Aeolica vigebat, dum ex Epiro gentes Transpindanae invaserunt. Ab his veteres Aeolicae gentis incolae partim subjecti partim e finibus expulsi sunt.

Quot quibusque elementis Thessalorum linguae vetus Thessaliae dialectus Aeolica sit permixta, adhuc perspicere nondum possumus, cum Cierii, in Thessalorum capite, inscriptiones adhuc repertae non sint. Tituli ceterorum oppidorum, quae in Thessaliotide et inferiore Hestiaeotidis parte sita sunt, in numerum omnino non procedunt. Num in titulis Pharsalicis 326 et 327 formae ἀνεθείκαιν (pro ὀν-), ἔχειν (= ἔχην pro ἐχέμεν), denique genitivi in -ου (= ω pro -οι), quae una in Thessaliotide inveniuntur, pro Transpindanis accipienda sint, novis titulis repertis dijudicari poterit.

Procul dubio in septentrionalibus Thessaliae regionibus dialectus Aeolica purior servabatur quam in ipsa Thessaliotide. Cujus rei praeclarissimum exemplum continetur titulo Phalannaeo satis amplo 1332, qui pura lingua Aeolica conscriptus est. Etiam in inscriptione Larisaea 345 numerus formarum Transpindanarum, quod supra exposui, exiguus est.

Dialectum Thessalorum Thesprotiorum eandem ac Locrorum atque Aetolorum fuisse inde conclusi, quod in titulo Larisaeo semel στ pro σθ scriptum est (πεπείστειν 345_{16}).

B o e o t i c a e d i a l e c t i m i x t i o simpliciter eo explicanda est, quod duae gentes, altera Aeolica, altera Transpindana in Boeotiam immigraverunt ibique cum Achaeis, qui priscis temporibus in fertilibus agris Cephisso flumine irrigatis consederant, in unam civitatem coaluerunt.

B o e o t i, quorum principales sedes sub montis Boei radicibus sitae erant, inde — quibus de causis, ignoramus — per Penei alveum in Thessaliam invaserunt. Cujus in parte inferiore (Thessaliotide) diutius morati videntur esse. Hoc conclusi ex eis dialecti Thessalicae formis Boeoticis, quae neque e dialecto Aeolica neque ex alia Transpindanorum dialecto praeter Boeoticam explicari possunt (*-νθο, -νθι* pro *-ντο, -ντι*; *-ιο, -ια* pro *-εο, -εα*). Quas ex eis temporibus, quibus Boeoti Thessaliotidem incolebant, in dialecto remansisse suspicor.

A Thessalis propulsi Boeoti una cum magna Aeolensium parte nova domicilia denuo reliquerunt. Monte Othryge superato Thermopylas transierunt, in Doride oppidum *Βοῖον* condiderunt, denique in Boeotia consederunt.

Quo tempore Boeoti in Thessaliam invaserint, pro certo affirmari nequit. Cum Thessalos sexagesimo anno post Trojam captam e Thesprotia venisse Thucydides auctor sit, fortasse Boeotorum invasione, quae quin Thessalorum invasioni antecesserit dubium non est, Aeolenses, qui in Thessalia sedebant, commoti sunt, ut magnam partem in Asiam emigrarent.

Ex dialecti Thessalicae proprietatibus Transpindanis *στ* pro *σθ* e Thessalorum Thesprotiorum, *νθ* pro *ντ* e Boeotorum dialecto originem duxisse certum est. Magis in dubio relinquitur, num etiam vocalis *ε* ante vocales in *ι* mutata ad Boeotorum dialectum referenda sit. Utrum cetera elementa Transpindana a Boeotis an a Thessalis illata sint, dijudicari non potest.

Neque magis nobis constat, quaenam elementa Aeolica dialecti Boeoticae ad Minyas atque Cadmeos sint referenda. Infinitivus conjugationis thematicae in *-μεν* nisi ex Aeolensium Thessalicorum dialecto fluxisse nequit: media in Graecia atque in Peloponneso infinitivi in *-ν* (*φέρεν*) exibant. Num dativus plur. in *-εσσι* etiam apud Achaeos, qui media in Graecia sedebant, in usu fuerit, ignoramus: ab Achaeis Peloponnesiis alienus erat. Quod ad sonos attinet, dialectus Minyarum atque Cadmeorum certe non a dialecto Aeolica differebat.

II.

Dialecti Phocea et Locrensis.

Inter Phocensium et Locrorum titulos praeter ceteros tres antiquitate excellunt: tabulae aeneae in urbe Oeanthea repertae atque amphictyonum decretum C. I. G. 1688. Illa propter dialectum preciosissima sunt, quippe quae Aetolorum atque Locrensium dialectum puram atque antiquissimam nobis tradiderint.

Contra lingua amphictyonum decreti mixta est ex elementis Transpindanis, Aeolicis, Achaicis, Atticis.

Attica jam Boeckhius eo explicanda esse vidit, quod titulus ille Olymp. 100[1] Athenis conscriptus positusque est.

Formis Atticis sublatis e dialecto **Transpindana** hae restant: 1. *ἱαροῦ*$_{20\ 48}$ *ἱαρῶσαν*$_{16}$ *ἱαρομνάμονες* septies. 2. *κα* saepe. 3. *Ἄρταμις*$_{8\ 12}$. 4. *διακάτιοι*$_{29}$ *Βουκάτιος*$_{45}$. 5. *πέμπωντι*$_{46}$ *ἐπικοσμήσωντι*$_{38}$. 6. *τοί* saepe. 7. *εἶμεν*$_{22\ 24\ 25}$. 8. *ἐκπραξέω*$_{5}$ *ὁρκιξέω*$_{13}$. 9. *ἔντε*$_{40}$.

Praepositiones *ἐν* c. acc. et *ποτί* etiam genti Achaicae propriae erant. Eadem jam priscis temporibus breves dativos in -*οις* assumpsit.

His elementis Transpindanis nonnulla **Achaica** et **Aeolica** adjuncta sunt:

1) Accusativi in -*ος*.
(Thess. *τὸς ταγός* Arc. *τὸς ἐπισυνισταμένος*).
τός$_{13/14}$ *ὤνος*$_{14}$ *Αἰγιναίος*$_{17}$ *αὐτός*$_{20}$.

2) Infinitivi in -*εν*.
ἀπογραψέν$_{10}$ *ἄγεν*$_{21}$ *φέρεν*$_{28}$ *θύεν*$_{34}$ *ἐποικέν*$_{23}$. Hoc infinitivorum genus Dorensibus proprium fuisse vulgo putatur. Quam opinionem falsam esse infra exponam.

3) Dativi in -*εσσι*.
πάντεσσι$_{22\ 44}$ *ἱερομναμόνεσσι*$_{39}$.

4) Adjectiva e stirpibus in -ϝ desinentibus derivata longam vocalem *η* retinuerunt.

ἱερήϊα$_{14}$

Incerta est interpretatio formae κηῦαν$_{34}$. (Ahr. scripsit κηῦων) Quam ex κηυῖαν = κηϝίαν prodisse suspicor. cf. Hes.

κεῖα. καθάρματα, κήϊα. καθάρματα.

5) Verba contracta in conjugationem in -μι traducuntur.

ζαμιόντων$_{25}$.

Ex Attica dialecto fluxisse videntur imperativi in -ντων (Transp. -ντω) et forma ἱερός in ἱερομνάμονες septies, ἱερήϊα$_{14}$, ἱερᾶς$_{21}$.

Recentiores Phocensium et Locrorum tituli dialecto Transpindana permultis formis e vulgari lingua admixtis conscripti sunt. Attamen singillatim proprietati cuidam dialectorum Aeolicae et Achaicae occurrimus:

1) Dativis in -εσσι.

χρημάτεσσι Locr. Opun. 1505$_{5/6}$ 1508$_2$ ἐμ πάντεσσι τοῖς ἀγώνεσσι Delph. Curt. A. D. 46.

2) Infinitivo in -εν.

ἀναγράφεν Locr. Opun. 1508$_6$. Cum in eodem titulo traditus sit dativus χρημάτ[εσσι], Weilii conjectura ἀναγράφε(ι)ν temeraria atque incauta est. Quod Bechtelius adnotat infinitivos in -εν ceteroquin apud Locros traditos non esse, ea de causa non argumenti vim habet, quia in Locrorum Opuntiorum, de quibus agitur, inscriptionibus praeter ἀναγράφεν omnino adhuc infinitivi desunt.

3) Verbis derivatis in -ήω, -ώω.

κλαρώειν Phoc. 1539$_{33}$. συλήοντες Delph. Wescher-Fouc. 435$_{10}$ 442$_{12}$. δουλώηι 427$_{10/11}$ στεφανωέτω 110$_{21}$ 136$_5$. ἀπαλλοτριώουσα 19$_8$ ἀπαλλοτριωοίη 53$_{13}$.

4) Participio perf. act. in -ων, -οντjα, -ον exeunti.

τετελευτακούσας Delph. 190$_{13}$.

Denique, ut plenus sim, commemoro Locrensium atque Delphorum participia καλείμενος, ἀφαιρείμενος. Quae quomodo sint orta, hoc loco mihi perquirendum non est. Id unum pro certo affirmare audeo ea non ex dialecto Aeolica fluxisse. Nam tabula Locrorum aenea 1478, in qua legitur καλείμενος$_{41\ 43}$, ab omni dialectorum mixtione libera est.

Antiquissimis temporibus Thraces in Phocide consederunt. Thuc. II, 29 diserte monet hos non cum Thracibus barbaris esse

confundendos. Unde efficitur, ut Pierii sint intellegendi, clarissima illa Achaeorum gens, quae sub radicibus Olympi montis carmen epicum invenit. In Phocide capita eorum erant Daulis et Panopeus, in Boeotia Thespiae.

Delphi a Cretensibus conditi esse dicuntur. Cui narrationi num fides habenda sit, meum non est perquirere. Id certe scimus etiam recentiore aetate veteri vatum generi Delphico nomen *Θρακίδαι* fuisse (Diod. XVI, 24). Denique in via, quae Daulide Delphos ferebat, antiquitus situm erat oppidum *Αἰολίς* a Xerxe deletum, cujus incolae *Αἰολιδεῖς* appellabantur (Herod. VIII, 35).

Ex his momentis quamvis numero exiguis pro certo concludi potest in Phocide, priusquam Transpindani irrumperent, gentem quandam Achaicam vel Aeolensem habitasse. Praeterea dubium non est, quin ut Minyae et Cadmei in Boeotia ita Thraces in Phocide ea aetate consederint, qua gens Achaeorum e Thessaliae finibus progressa totam mediam Graeciam atque Peloponnesum suae dicionis faceret. Num etiam oppidum *Αἰολίς* jam tum sit conditum, inde pendet, quo tempore ex *'Αχαιϝός* hypocoristicum *Αἴϝ-ολος*[1]), quod postea certae cuidam genti erat proprium, derivatum sit. Quod tum demum factum esse puto, cum gens Achaica in duas partes, Septentrionalem et Peloponnesiacam, esset discissa. Nam nomina *Αἴϝολος*, *Αἰϝολίς* in Peloponneso non inveniuntur. Itaque Phocensium oppidum *Αἰολίς* ab Aeolensibus, qui a Thessalis Thesprotiis e Thessaliotide expulsi erant, conditum videtur esse.

Locros Opuntios priscis temporibus Achaeos fuisse testantur Homeri versus, in quibus Achillis cum Patroclo, Menoetii Opuntii filio, amicitia celebratur. Praestantissime ipsa haec fabula dialectis est confirmata. Achilles et Agamemno, potentissimi Achaeorum reges, ille in Thessalia, hic in Peloponneso, odio atque invidia alter in alterum inflammati sunt: non paucae dialecti Thessalicae proprietates a dialecto Peloponnesia alienae sunt. Achilles et Patroclus a pueris familiarissima amicitia conjuncti sunt: dialectus urbium Achaicarum, quae in Boeotia et Phocide sitae erant, a Thessalica non differebat.

Duae sunt causae, cur dialectus Aeolo-Achaica in Phocide atque Locride planius interierit, quam in Boeotia: primum Aeolensium numerus atque vis in Boeotia multo major erat quam in Phocide atque in Locride, deinde imprimis Phocensium fines a gentibus Transpindanis, quae undique erant finitimae, saepissime inundati atque devastati sunt.

1) Cf. Fick, Ilias p. 561.

Num ea dialecto, qua amphictyonum decretum conscriptum est, re vera Delphi circa annum 400 usi sint, priusquam novi tituli vetustiore aetate conscripti reperti erunt, latebit. Eos uti potuisse non est, cur negemus. Nam fere omnes illius dialecti proprietates Aeolicae pertinent ad flexionem neque a Boeotorum dialecto alienae sunt. Sed ejusdem juris est altera explicatio in illo documento publico antiquam amphictyonum dialectum, quae circa annum 400 jam interierat, usurpatam esse.

Societas amphictyonum primitus erat societas gentium Achaicarum eo consilio facta, ut amicitia atque necessitudo inter Achaeos, qui Thessaliam et qui mediam Graeciam incolebant, sustineretur: hoc dilucide eo intellegitur, quod vetustissima societatis sacra in medio inter utramque civitatem sita erant, Apollinis templum Delphis, Cereris templum Anthelae in Thermopylis.

Mixta dialecto amphictyonum Delphicorum Hesiodum Theogoniam composuisse cognovit Fickius, Hesiods Gedichte p. 10 sq.

III.

Dialecti Peloponnesi et colonniarum, quae ex ea deductae sunt.

In Peloponneso, priusquam Dorenses et Aetoli invasissent, sub regibus Agamemnone et Menelaeo sedebat gens **Achaeorum**.

Simpliciter ac dilucide eorum fata oculis nostris evolvuntur. A Transpindanis agris divitiisque privati, ut servitutem effugerent, partim in asperos Arcadiae et Achajae montes sese receperunt, ubi undique ab Aetolis atque Dorensibus cincti paulatim ad durorum rusticorum conditionem delapsi sunt, partim trans mare novas sedes quaesiverunt. Tria colonorum agmina clare distingui possunt. Quorum primum in septentrionalem Asiae oram se convertit, ibique Achaei in Aeolenses, qui e Thessalia emigraverant, inciderunt. Certaminis, quod inter eos de principatu exarsit, imago ab Homero depicta est, qui Agamemnonem cum Achille rixantem inducit. Utri victoriam reportaverint, e dialecto Lesbiaca cognoscitur: Achaei partim rursus emigrasse partim cum Aeolensibus videntur coaluisse. Altera Achaeorum pars in insulis consedit, imprimis in Creta et Cypro. Reliqui inferiorem Italiae oram petiverunt, in qua urbes Sybarim, Crotonem, Metapontum condiderunt.

Una cum Achaeis magna Dorensium pars e Peloponneso emigraverunt. Quibus, cum per proxima decennia multi domo succederent, brevi contigit, ut principatum in coloniis ex Achaeorum manibus eriperent. Etiam linguae Achaicae nisi exigua fragmenta relicta non sunt.

Duae tantum sedes Achaeis servabantur, Arcadia, cujus montibus Dorenses allectos non esse non miramur, et Cyprus insula longe remota.

Arcadum atque Cypriorum dialectum Agamemnonis et Menelai temporibus per totam Peloponnesum pervulgatam fuisse eis, qui Achaeorum cum Aeolensibus affinitatem cognoverunt, demonstrari necesse non est. Ut singula argumenta, ex quibus Cypriorum dia-

lectum re vera Achaicam fuisse elucet, iterum colligerem, eo sum commotus, quod ipsa nostra aetate Achaeos omnino non certam gentem vel Dorensibus cognatos fuisse creditur.

1) Non soli Arcades in Cyprum insulam emigrasse traduntur[1]). Teucrus, cum Troja deleta domum revertisset, e patris limine tectoque ejectus Salaminem condidit[2]). Curium erat Argivorum colonia[3]). Sicyonii Golgis consederunt[4]). Cepheus Achaeos e Dyme Olenoque in Cyprum duxit[5]). Denique Lapethus a Laconibus Praxandro duce condita esse dicitur[6]).

Dialecto Dorica hi coloni non utebantur. Nam singularia ejus vestigia, quae in titulis Idalii Golgisque repertis existunt, omnia incertissima sunt. Unde efficitur, ut dialectus Arcadica, quae omnibus Cypriis propria erat, eis temporibus, quibus Achaei emigraverunt, per totam Peloponnesum viguerit.

2) Ad eandem conclusionem perducemur, si in Peloponnesi ejusque coloniarum dialectos Doricas accuratius inquiremus. Permultis enim dialecti Arcadicae proprietatibus eis locis occurrimus, quibus Arcades unquam sedisse ab omni probabilitate abhorret. Omitto singulas illas formas Arcadicas, quae in Laconum atque Argivorum titulis leguntur: nam has „undis“ allatas esse Collitzius ejusque sectatores mihi obvertant. At unde nonnulla ex Arcadum dialecto in Cretam, Theram, Coum, Cyrenas, Heracleam pervenerunt? Erantne fortasse hae urbes insulaeque contagione cum Arcadiae finibus conjunctae? An Dorenses, antequam e Peloponneso emigrarent, ab Arcadibus nonnullas dialecti proprietates mutuati sunt? Procedat, cui alterutra explicatio probetur! At facile haec quae-

---

1) Paus. VIII, 5, 2: *Ἀγαπήνωρ δὲ ὁ Ἀγκαίου τοῦ Λυκούργου μετὰ Ἔχεμον βασιλεύσας ἐς Τροίαν ἡγήσατο Ἀρκάσιν. Ἰλίου δὲ ἁλούσης ὁ τοῖς Ἕλλησι κατὰ τὸν πλοῦν τὸν οἴκαδε ἐπιγενόμενος χειμὼν Ἀγαπήνορα καὶ τὸ Ἀρκάδων ναυτικὸν κατήνεγκεν ἐς Κύπρον, καὶ Πάφου τε Ἀγαπήνωρ ἐγένετο οἰκιστὴς κ. τ. λ.*

2) Strab. 682: *Ἀχαιῶν ἀκτὴ, ὅπου Τεῦκρος προσωρμίσθη πρῶτος ὁ κτίσας Σαλαμῖνα τὴν ἐν Κύπρου ἐκβληθεὶς, ὥς φασιν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς Τελαμῶνος.* Cf. Pindar. Nem. IV, 46 *Κύπρῳ, ἔνθα Τεῦκρος ἀπάρχει ὁ Τελαμωνιάδας.*

3) Herod. V, 113: *οἱ δὲ Κουριέες οὗτοι λέγονται εἶναι Ἀργείων ἄποικοι.*

4) Stephan. B. s. v. *Γόλγοι· πόλις Κύπρου ἀπὸ Γόλγου τοῦ ἡγησαμένου τῆς Σικυωνίων ἀποικίας.*

5) Lycophr. v. 586 sq.:

Κηφεὺς δὲ καὶ Πράξανδρος . . . .
Πεμπτοὶ τέταρτοι γαῖαν ἵξονται θεᾶς
Γολγῶν ἀνάσσης. ὧν ὁ μὲν Λάκων ὄχλον
Ἄγων Θεράπνης. θάτερος δ' ἀπ' Ὠλένου
Δύμης τε Βουραίοισιν ἡγεμὼν στρατοῦ.

6) Strab. 682: *Λάπαθός τε . . . ., Λακώνων κτίσμα καὶ Πραξάνδρου.*

stio solvitur, si dialectum Arcadicam unam Achaicae partem fuisse statuimus: nam tum dubium esse nequit, quin Arcadica elementa dialectorum Creticae Theraeae aliarum re vera ex Achaeorum lingua servata sint.

3) Ab Achaeis, qui e Peloponneso expulsi in septentrionalem Asiae oram confugerunt, una cum Aeolensibus Thessalicis vetera carmina epica ficta esse inde apparet, quod his carminibus reges ducesque Thessalorum atque Achaeorum, non Ionum[1]) celebrantur. Procul dubio igitur et Ilias et Odyssea primitus dialecto Aeolo-Achaica erat conscripta. Atqui in titulis Cypriis non solum permulta vocabula, sed etiam constructiones periodorum linguae Homeri propriae inventa sunt. Cyprii igitur erant Achaei, qui undique a gentibus semiticis cincti linguam patriam antiquiorem servabant quam in montibus Arcadiae. Ceterum etiam in vetustioribus Arcadum titulis vocabula Achaica inventum iri spero. Nam ipso in titulo Tegeatico recenti aetate conscripto legitur verbum Homericum *δέϝαμαι* „videor“ cf. ζ 242

Πρόσθεν μὲν γὰρ δή μοι ἀεικέλιος δέατ' εἶναι.

Colonis, qui in Cyprum emigraverunt, nomen *'Αχαιϝοί* fuisse conclusi ex nomine promuntorii *'Αχαιῶν ἀκτή* et ex Hesychii glossa *'Αχαιομάντεις· οἱ τὴν τῶν .... θεῶν ἔχοντες ἱερωσύνην ἐν Κύπρῳ.*

Ex eis, quae de gente Achaica exposui, duas quaestiones nobis instituendas esse apparet, primam, num dialectus Achaica in Arcadia et in Cypro pura atque integra servata sit, alteram, quaenam proprietates e lingua Achaica in dialectis Doricis et Peloponnesi et insularum restiterint.

Ad tertiam quaestionem, num dialecto Aeolicae elementa Achaica sint admixta, tum demum aggredi poterimus, cum e vetustioribus Thessalorum inscriptionibus cognitum erit, quae et vocabula et formae Aeolensibus, priusquam Thessaliam relinquerent, propria fuerint.

1.
Dialectus Arcadica.

Arcades medios inter civitates Dorenses dialectum Achaicam fere puram retinuisse inde facile explicatur, quod eorum fines un-

1) De Nestore Pseudo-Ione cf. Fick, Odyssee p. 5.

dique altis montibus inclusi erant, qui vel contagioni vel mixtioni dialectorum graviter obstabant.

Eae formae Arcadicae, quas ex Transpindanorum lingua fluxisse forte suspicetur quispiam, hae sunt:

1) *ἀνά* pro *ὀν-*.

Cum notissimum illud Praxitelis epigramma 1200 formam *ἀνέθηκε* contineat, Foucart et Roehl, quos Bechtel secutus est, litteras vetustiore alphabeto scriptas *-θηκε* 1218 et *-νέθηκε* 1219 in *ἀνέθηκε* suppleverunt. Praeterea *ἀνά* nisi in recentibus titulis non legitur: *ἀνέθηκε* 1225 1226 1227 *ἀνέθεν* 1229 1230_1 1258 *ἀναλώμασιν* 1222_{41}.

Cum Praxiteles, natione Arcas, Syracusas emigrasset, in illo epigrammate Syracusanorum dialectum usurpatam esse expectamus. Neque ullam formam invenire potui, quae contra eam pugnet. Unde efficitur, ut hoc epigramma, cujus dialectus Achaicae obsistit, e numero titulorum Arcadicorum tollendum sit. Qua re Foucarti et Roehlii supplementa irrita fiunt. In recentes titulos formam *ἀνά* e vulgari dialecto irrepsisse non est cur negemus. Etiam in titulo Lesbiaco 214 anno 324 conscripto Aeolica forma *ὀν-* jam vulgari *ἀνά* cessit.

2) *ἐν* pro *ἰν* quater legitur:

ἐ(μ) Μαντινέαι 1200_2 *ἐν Ἀρκαδίαι* 1200_3 *ἐν Ὀλυμπίαι* 1183_6 *ἰν πολέμοι καὶ ἐν ἰράναι* $1233_{5/6}$.

Praxitelis epigramma 1200 ex Arcadicae dialecti monumentis modo sustulimus.

Titulum 1233 integra dialecto compositum non esse intellegimus e forma *ἐγγόνοις* (= *ἐκγόνοις*) pro *ἐσγόνοις*.

Denique Diphili tabulam aeneam 1183 non recte inter titulos Arcadicos receptam esse duabus de causis potest demonstrari.

a) In veteribus et Arcadum et Cypriorum inscriptionibus littera Ny paragogica etiam ante vocales nusquam scripta est. (cf. Arc. *ἀνέθηκε* 1219 *ἀνέθηκε* 1225—1227. Cypr. *ἀνέθηκε ἰν* 17_2 *κατέστασε εὐχωλᾶ* 27_2 *κατέστασε ἰν* 28_2 *κατέστασε ὁ* 59_3 *ἕξωσι αἰϝεί* 60_{31} *ὀνέθηκε Ὀνασίτιμος* 72_1 alia). Tituli Arcadici 1218 supplemento, quod Foucartius proposuit,

ἀνέ]θηκε[ν] Ἀ . . .
ϝασστυόχω

fidem non habeo, quia primum omnium prioris versus litterarum lectio incerta est, deinde in fine ejusdem versus litteras excidisse apographum non testatur.

Inauditum igitur est, quod in titulo 1183 lapicida formam *ἔδοξεν* non solum ante *Ἀλειοῖσι*, sed iterum in fine periodi scripsit.

b) Dativus *'Αλειοῖσι*, qui propter plenius suffixum *-οισι* aliquam antiquitatis speciem prae se fert, eo fit suspectus, quod ea gentis Achaicae pars, quae in Peloponneso consedit, jam priscis temporibus longiores dativos videtur remisisse. In eis Cypriorum titulis, qui circa annum 400 prodierunt, nisi brevior forma in *-οις* usurpata non est.

Miror, quod nemo adhuc in simplicissimam hujus difficultatis explicationem incidit: non ille titulus, in quo ipsum Aleorum decretum, ut Diphilus Atheniensis inter „*προξένους καὶ εὐεργέτας*" reciperetur, scriptum erat, sed ejus apographum a lapicida Atheniensi confectum nobis traditum est[1]).


Hanc conjecturam alphabeto fulcire possum. In vs. 5 semel legitur Attica formae *litterae λ* = \/. Quam Kirchhoff Alphab.[4] p. 159 errore lapicidae („ein bloßes Versehen") excusat. Non erravit lapicida. Nam ipsa ea aetate, quae hic titulus prodiit, alphabetus Athenis usurpata Ionicae cedere coepit. Neque igitur mirum, quod lapicida, quamquam quater forma Ionica usus est, tamen semel ad vetustiorem — scilicet invitus — rediit. Duplex *consonans ψ* uno signo expressa est in Psophidiorum nummis (cf. Kirchh. Alph.[4] p. 158), duobus signis ΦΣ — sicuti Athenis — in Diphili aere. *Consonantis* ξ forma Ionica, quae ter in hoc titulo legitur, jam ante annum 404 singillatim Athenis usurpabatur (cf. Kirchh. Alph.[4] p. 96). E ceteris signis nullum tali forma est, ut Athenis scribi non potuerit.

Quod ex alphabeto concludere coacti sumus, dialecto tituli confirmatur. Si Atheniensis quidam hoc apographum confecit, neque in Ny paragogico neque in longiore dativo *'Αλειοῖσι* offendimus. Athenis enim ante annum 403 littera Ny paragogica sine regula modo addebatur modo omittebatur (cf. Meisterhans p. 47). Omnino eam ab Ionibus in pedestrem sermonem illatam esse supra vidimus. Nec non longius dativi suffixum *-οισι* ab Atheniensibus usque ad saeculi V finem retentum est.

Quae cum ita sint, etiam unde titulus provenerit, dubium mihi non est. Nam ut eum ab Eleis abjudicarent Aleatisque Arcadibus ascriberent, viri docti eo sunt commoti, quod et litterarum formae ab Eleis multum differunt et nomen *'Αλεῖοι* in Eleorum inscriptio-

---

1) Eleos (vel Aleatas), ut et Diphilo et Atheniensium civitati eximium amicitiae testimonium darent, consulto decreto illi colorem Atticum impinxisse mihi persuadere non potui, quamquam permulta hujus consuetudinis exempla praesto nobis sunt. Nam, quomodo hac ratione litterarum formae Atticae explicari possint, non video.



nibus a digammate incipit. Priorem causam jam supra sustuli. Cum praeterea spirans ϝ ab Atheniensium dialecto aliena fuerit, non est, cur titulum Elide prodisse negemus.

Denique, si forte quispiam in eo offendit, quod vetus ᾱ in *'Αλειοῖσι*, *'Αθαναῖον*, *εὐεργέταν* in η mutatum non est, tituli Lesbiaci 215 eum commonefacere mihi liceat, in quo prorsus eodem modo genuina dialectus Aeolica formis Ionicis illatis corrupta est. Mytilenaei Erythraeis pro amicitia et benevolentia publice gratias egerant. Hujus documenti apographon, quod Erythris lapicida Ionius confecit, traditum nobis est — horribili dialecto conscriptum! Velut, ut alia praetermittam, in eadem periodo leguntur *δᾶμος*, *σπούδαν*$_{21}$ *δίκαν*$_{24}$ et *ἀλλήλοις*$_{26}$, *δικάσταν*$_{52}$ *ψάφισμα*$_{50}$ et *ψήφισμα*$_{53/54}$, *ὤσκε*$_{6}$ et *ὥστε*$_{7}$, *πόλιος*$_{17}$ et *πόλει*$_{19}$, *Διονυσίοις*$_{4}$ et *Διονυσίοισι*$_{6/7}$ (saepius).

3) *παρετάξωνσι* 1222_{28}.

Verborum, quae in tempore praesenti in -ζω exeunt, futurum et aoristum apud gentes Transpindanas ex analogia stirpium in κ desinentium formata esse inter omnes constat. Ubicumque huic flexionis proprietati in dialectis Achaicis occurrimus, eam e lingua Transpindana fluere potuisse non nego, velut in Thessalica (*ψαφιξάσθειν* 345_{14} *ψαφιξαμένας* $345_{9\ 39}$), in Cypria (*ὀρύξη* $60_{12\ 24\ 26}$), in Arcadica.

Ab Aeolensium dialecto hanc flexionem alienam fuisse docent tituli Aeolici (*ἐξεκλάϊσε* 281 $A_{7/8}$ B_{2} *ἐκο[ύφ]ισσε* 304 $A_{13/14}$ *χαρίσσονται* 215_{55} al.) et Boeotici (*ἐπεψαφίττατο* $488_{122/118}$ *ἀπολογίτταστη* 488 $_{140}$ al.). Itaque formas Thessalicas, quas modo attuli, ex Transpindanorum dialecto me recte deduxisse persuasum habeo. Aliter res sese habet de Achaeis Peloponnesiis. Cum tabulam Idaliensem a certis Dorensium formis liberam esse infra expositurus sim, ab omni ratione abhorreret, si unam formam *ὀρύξη* ad dialectum Doricam referremus. Unde efficitur, ut etiam Arc. *παρετάξωνσι* in Achaicarum proprietatum numero habendum sit.

4) Locativus pro dativo usurpatur: *τοῖ ἡμίσσοι* 1222 $_{25}$ *τοῖ χρόνοι*$_{42}$ *τοῖ ἔργοι*$_{2/3\ 49\ 54}$ *αὐτοῖ*$_{2}$ $1233_{2\ 6}$ *πολέμοι* 1233_{5} *τοῖ 'Αρτεμισίοι* (in titulo Stymphalico, ed. Martha, Bull. d. corr. héll. 1883). Utrum in titulo 1256 veteribus litteris conscripto *τῶι* an *τοῖ* legendum sit, adhuc latet. Certe in dialecto Achaica dativus a locativo distinctus erat: hoc intellegimus e Cypriorum dativis *τῶ*, *θεῶ*, *εὐχωλᾶ*, quorum ι imprimis ante vocales abjiciebatur.

Arcades ab Eleis, quibuscum frequenti commercio conjuncti erant, usum locativi pro dativo mutuatos esse verisimillimum est.

5) P r o s u f f i x o A c h a i c o p e r s o n a e I I I p l u r. imper. -*ντων* i r r e p s i t T r a n s p i n d a n u m -*ντω*.

ποέντω 1222_9 *ζαμιόντω*$_{17}$ *ἰναγόντω*$_{19}$ *διαγνόντως* *ἑόντω*$_{48}$.

Suffixum -*ντων* re vera Achaeis proprium fuisse conclusi 1) ex Homerico -*ντων*, Aeol. -*ντον*, 2) ea ex re, quod in Dorensium coloniis, in quibus antea Achaei consederant, pro Dorica -*ντω* plerumque -*ντων* in usu erat. Quam in rem postea redeundum erit.

6) *ϝαλόντο[ι]ς* legitur in titulo Stymphalico, quem modo commemoravi. Dativus, qui dicitur Aetolicus, ex Aetolorum societatis documentis (cf. *νικεόντοις* 1413_{16} *ἐπαγγελόντοις*$_{23}$ *Μελιταιέοις* $1415_{1\ 3/4}$ *Πηρέοις*$_{4\ 28\ 30}$ *ἀρχόντοις*$_{24}$) paulatim per totam Graeciam mediam et Peloponnesum diffusus est. Quod neque contagione neque mixtione dialectorum factum esse apparet. Immo illud dativi suffixum e sermone, quo singula hujus societatis membra in documentis publicis uti solebant, in linguam cotidianam atque vulgarem paulatim invasit.

Quod in Caueri delectu[2] duo tituli Tegeae reperti 461 et 462, in quibus leguntur *ἐν*, *ἐκγόνοις*, *εἰς]αγόντοις*, *ἱαρῆς*, inter Arcadicos recepti sunt, eos non mirari pro certo habeo, quibus Caueri dialectorum Graecarum scientia innotuit.

D u a s i g i t u r p r o p r i e t a t e s ex **Eleorum vel Dorensium** lingua Arcades mutuati sunt:

1) L o c a t i v o s p r o d a t i v i s.

2) I m p e r a t i v o s i n -*ντω* e x e u n t e s.

Fickius Iliad. p. 566 sententiam profert f o r m a s A r c a d i c a s *εἰ*, *ἄν* 1222 (saepissime) atque i n f i n i t i v i s u f f i x u m -*ναι* in *ἦναι* $1222_{2\ 10}$ *κατυφρονῆναι*$_{47}$ *ἀπειϑῆναι*$_{46}$ [*ἦ*]*ναι* 1257_3 (cf. Cypr. *δοϝέναι* $60_{5\ 15}$ *κυμερῆναι* 68_4) e mixtione A r c a d u m c u m C y n u r i i s I o n i c i s explicanda esse.

Cynurii, qui Argolidis litora incolebant, Iones fuisse Herodotus tradit. At inde neque efficitur, ut p r i m i t u s in Argivorum Cynuria Iones sederint, neque ut ea Arcadiae pars, cui nomen erat Cynuria, unquam in Ionum manibus fuerit. Neque enim intellego, qua de causa Ionum gens, quam maris amantissimam fuisse constat, media in Peloponneso consederit. Multo verisimilius mihi videtur esse in Argivorum Cynuria, quae ut Arcadum Cynuria primitus in Achaeorum manibus erat, priusquam Aetoli atque Dorenses in Peloponnesum invasissent, Ionicae gentis colonos consedisse. Achaei, quipqe qui resistere nescirent, Dorensibus se sub-

jecerunt, Iones tam tenacitur et agros et dialectum defenderunt, ut vel Herodoti temporibus memoria eorum superesset.

Attamen etiamsi haec de Cynuriis sententia nobis probata erit, non habemus, cur non Ionica dialecti Arcadicae elementa, si omnino existunt, ad Iones, qui Argivorum Cynuriam incolebant, referamus. Nam cogitari potest dialecti Achaicae cum Ionica mixtionem eis temporibus factam esse, quibus Dorenses nondum in Peloponnesum advenerant.

At huic opinioni prima obstat particula ἄν, pro qua in omnibus Cypriorum titulis κε traditum est. Unde efficitur, ut Achaei priusquam Dorenses irrupissent, unum κε, non ἄν possedisse. Dubium igitur non est, quin Arcades particulam ἄν e vulgari lingua assumpserint. Primus e Laconum titulis, in quo ἄν pro κα scriptum est (M. 47 ἕως ἂν), prodiit ante annum 150.

Ceterae formae εἰ, ἦναι, κατυφρονῆναι, ἀπειθῆναι omnino non in Ionicarum proprietatum numero habendae sunt.

In Xuthiae titulo (cf., quae p. 19 dixi), qui ineunte saeculo V prodiit, quater αἴ κα, quinquies εἴ κα scriptum est. Posterioribus temporibus una forma εἰ apud Lacones in usu erat. In Corcyraeorum titulo a Vischero (Kl. Schr. II p. 13 nr. 22) edito, quem quarto saeculo prodisse verisimile est, legitur εἴ $κα_{12}$. Recentiores Cretensium, Corcyraeorum aliorum tituli sine lege modo αἰ modo εἰ praebent.

Cum in omnibus his inscriptionibus particula εἰ neque e vulgari dialecto neque ex Ionica fluxisse possit, etiam apud Arcades eam non sine causa pro forma a dialecto Achaica aliena atque aliunde illata accipere nobis licet. Quin etiam, certo argumento me demonstrare posse existimo vel ab antiquissimis temporibus in Achaeorum dialecto εἰ fuisse. Etenim εἰ in titulo Tegeatico ubique cum particulis (εἴ) κ' ἄν conjunctum est. Viri docti adhuc κε arte cum ἄν conjunxerunt atque ad explicandum hunc pleonasmum Homerici ἄν κε monuerunt. At si in dialecto Arcadica vetus particula κε recentiori κ' ἄν e duarum gentium mixtione ortae cessisset, non intellegerem, cur pronomini relativo in eadem inscriptione simplex ἄν additum sit: ὅσαι ἄν 1222_{18} $ὅτινι_{27}$. Haec difficultas solvitur, si εἴ κε pro vetusta formula (= Dor. εἴ κα) accipimus. Huic enim recentiore aetate, qua genuina particulae κε vis non jam sentiebatur, e vulgari sermone ἄν addi potuit. Apud Achaeos atque Dorenses simul et αἰ et εἰ in usu fuisse ea de causa dubitationem non affert, quod neutra ex his particulis per vocalium mu-

tationem ex altera prodiit. Utraque enim est locativus pronominis relativi — sed *εἰ* neutrius (= litt. *jeí*), *αἰ* feminini generis [1]).

Suffixum *-ναι* non uni dialecto Ionicae proprium erat, sed genuinae linguae Graecae, quin etiam communi populorum Indogermanicorum linguae. Nam in Vedis praeter *dhū́rvaṇe* et *turváṇe* saepissime legitur infinitivus *dāváne* = Graec. *δοϝέναι*. Suffixa *-ναι* et *-μεναι* (Ved. *trā́maṇe*, *dā́mane*, *dhármaṇe*, *bhármaṇe*, *vidmáne*) sunt locativi, qui arte cohaerent cum participiis generis passivi in *-νός* (cf. Graec. *στυγ-νός* „odiosus", *σεμ-νός* „venerandus" Lat. *ple-nus* „angefüllt", sscr. *dā-ná* „donum", *pūr-ṇá* „impletus", alia) et *-μένος* (sscr. *māna*) exeuntibus. Num primitus discrimen sive notionis sive usus inter *-ναι* et *-μεναι* fuerit, dijudicari nequit.

Dialectus igitur Arcadica, qua tituli adhuc reperti conscripti sunt, praeter nonnullas formas e dialecto vulgari illatas duas flexionis proprietates Transpindanas continet, imperativos in *-ντων* et locativos pro dativis.

2.

Dialectus Cypria.

Integra servata est dialectus Achaeorum in Cypro, quippe qua in insula ab aliis gentibus neque tangi neque inundari potuerint. Quamquam in Cyprum quoque Dorensium colonos transmigravisse e Lacedaemonis vici nomine concludendum est. Attamen eorum numerus tam exiguus erat, ut puram Achaeorum dialectum assumerent.

Omnes dialecti Cypriae proprietates, quae Doricam speciem prae se ferunt, si accuratius in eas inquiremus, evanescent:

ἀνά nisi in recentibus titulis non legitur, in quos e vulgari sermone irrepsisse verisimillimum est:

ἀνέθηκε 76_1: in eodem titulo Vau est omissum in *ἔτει*, additum in *ϝεικόνα*.

Titulum 17, in quo iterum *ἀνέθηκε* legitur, recentem esse duobus argumentis probatur:

---

1) Accedit tertia locativi forma *ῇ*, qua et Transpindani et Achaei pro *αἰ* et *εἰ* usi videntur esse. Veluti tradita est Dodonae (Dittenb. Syll. 428_1 429_3), Astypalaeae (C. I. G. 2843_{12} = Dittenb. Syll. 338_{12}), in Creta (L. G. I. 23, 34, 52. IV, 16, 31. V, 9. VI, 1. VII, 6. VIII, 18. IX, 37, 52. In eodem titulo fere centies quinquagies *αἰ* legitur), in Cypro (Tab. Idal. 60, 10, 28).

1) forma *Στασικράτης* (Cypr. *-κρέτης*),

2) titulo 18 a filio Stasicratis posito, quem non prius quam sub finem saeculi III prodisse signa artificiosissime exornata dilucide ostendunt.

In tit. 112 post *ma* vs. 2 errore lapicidae signum *ne* omissum videtur esse:

μ' ἀ[νέ]θηκαν

De aetate, qua titulus prodierit, nihil constat.

Praeterea signum *a* bis pro *ἀνέθηκε* scriptum esse conjecit Deeckius: 85_2, 102_2.

Cum genetivus sing. gener. masc. in declinatione I apud Arcades atque Cyprios in *-αυ* vel *-αο* exire soleat, nonnullos genetivos in *-α* desinentes, qui in Cypro reperti sunt, ad Dorensium dialectum redire prima specie conjeceris: *'Αμηνίjα* 60_{18}, *'Αριστίjα* in vase quodam, *Θυρσίjα* Ab. XLII[1]). Dubium relinquitur *Θειδοτίjα* Ab. XVIII, quoniam signum ▽, quod *ja* significare Saycius intellegit, pro *jo* accipi potest.

Nisi *'Αμηνίjα* ipsa in tabula Idaliensi, quae bis *'Ονασογόραυ* continet, traditum esset, vocales *-αο* e Dorensium more in *-α* contractas esse libenter concederem. At dialectus hujus inscriptionis sibi constat atque ubique eisdem sonorum legibus temperatur. Itaque in ipsa nominis *'Αμηνίjα* indole causam contineri necesse est, cur genetivus in *-α* desinat. Neque, quae sit illa causa, dubitare poterimus, si cetera nomina, in quibus eadem proprietas conspicitur, contulerimus: omnibus enim id commune est, quod in *-ίας* exeunt. Cur potissimum stirpes in *-ια* desinentes genetivum in *-α* finxerint, facile explicatur. Cum ceteri genetivi, quos in titulis Cypriis legimus, modo in *-αο*, modo in *-αυ* exeant, Cyprios vocales *-α-υ* distinctas pronuntiasse apparet. Unde factum est, ut in genetivis stirpium in *-ια* exeuntium tres vocales (*ι-α-υ*) concurrerent, quae non sine difficultate pronuntiari poterant. Itaque vocalis finalis, quae per se erat sono obscurato, abjecta est. Non per omnes insulae partes hanc correptionem usitatam fuisse intellegimus e formis *Στασίjαυ* 17_1 et *'Αριστίjαυ* 20_1.

Eodem modo apud Thessalos vetus suffixum *-οιο* (*ο-ι-ο* = *όjο*) in *-οι* mutilatum esse Ahrensius cognovit (cf. pag. 6).

Cum Aeolenses *αἶ* (= *αἶι*, *αἶϝι*) pro *αἰϝεί* dixisse constet, forma Idaliensis *α ἰ ϝ ε ί* 60_{31} cum *ὐϝ-α ἶ ς-ζᾶν* $60_{10\ 22/23\ 28}$ (= *ἐπὶ ἀεὶ βίον*)

---

1) Ab. = Inscriptiones, quas in templi cujusdam *Abydeni* parietibus incisas invenit Sayce; edidit in Proceed. of the society of biblic. archaeology, v. IV—IV, 1882—1884.

pugnare videtur. Praeterea adverbium αἰϝεί e Transpindanorum dialecto fluxisse eo possit defendi, quod adhuc nisi in vetustissimis Locrorum tabulis aeneis et in epigrammate Phocensium Crissae reperto traditum non est.

At forma αἶς littera -ς addita ex ἀΐ orta esse non potest, cum in tabula Idaliensi spirans ϝ inter vocales sine exceptione scripta sit. Itaque eam pro accusativo generis neutrius accipio, orto ex αἶϝ-ς, cujus et formae et notioni accurate respondet in lingua Sanscrita *âyus* (neutr.) „vita".

Contra αἰϝεί est locativus stirpis in -ο exeuntis αἰϝο-.

Ex eadem radice saepius apud Graecos duo substantiva prodierunt, quorum alterum primam, alterum tertiam declinationem sequebatur velut λᾶς (= λᾶϝ-ς) et λᾶος (Cret.-Cypr.), χοῦς (= χόϝ-ς) et χόος (Argiv.-Cret.-Cypr.) „vas", alia.

Vetustiores dativos in -οισι exeuntes circa annum 400 etiam in dialecto Attica atque Ionica brevioribus in -οις exeuntibus cessisse plus semel commemoravi. Tabula Idaliensis, in qua leguntur τοῖς, κασιγνήτοις, ὅρκοις, prodiit anno 386.

E gentibus Transpindanis solos Boeotos et Lacones vocalem ε ante vocales in ι mutasse supra exposui. In Cypro insula haec mutatio nobis occurrit Idalii eisque in oppidis, quae ab eo proxima erant [1]). Hac in insulae parte Achaeis Lacones admixtos fuisse cogitari potest. At nonne ab omni probabilitate abhorret, *unam* dialecti Laconicae proprietatem, quae ad *sonos* pertinebat, in dialectum Achaicam esse receptam? Singularem flexionis formam vel vocabulum quoddam Achaei procul dubio a Laconibus mutuari potuerunt. At sonorum legibus inter se discrepantibus mixtam dialectum nusquam fundatam esse supra vidimus. Praeterea, quod vocalis ε ante vocales sonum ad ι inclinantem assumebat, non tam

---

1) Idalii: τερχνίϳα $60_{9\ 18/19\ 22}$ ἀτελίϳα$_{23}$ ϝεπίϳα$_{26}$ κατέθιϳαν$_{27}$ ἰό(ν)τα$_{23}$ ἐπιό(ν)τα$_{9\ 19\ 22}$ ἴω(ν)σι$_{31}$ θιόν$_{27}$ θιῶι$_{61}$. Titulus 37, in quo legitur θιῶι, falso a Deeckio inter Paphios est relatus: nam 1) scriptura est retroversa, 2) signorum formae sunt vulgares, non Paphiae. E nonnullorum signorum figuris et e clausula ἰ(ν) τύχαι ἀζαθᾶι, quae in Bilingui Idaliensi 59 recurrit, Idalii hunc titulum ortum esse conclusi. — Tamassi: θιῶι (Euting, Sitzungsb. d. Kgl. A. d. W. Berlin, 1887 p. 115, tit. I). — Golgis: τῶι θι[ῶι] 75_{2} θιῶι 66_{2}.

Contra θεός: Chrytris: τᾶς θεῶ (Stud. Nicol. I_{1} III_{1}), Ceryniae: τᾶς θεῶ 15_{1}, 16. In oppido Drimu: τῶι θεῶι 27_{1}. Palaepaphi: τᾶι θεῶι 40_{2}. Neapaphi: θεῶι (in tit. a Deeckio edito in BB. X). Curii: Ἀπόλ(λ)ωνι θεῶι (Hall, Journal of the Amer. Orient. Society XI, 1885 p. 209 sq.). Golgis: θεοῖς 68_{2} θεῶι 8_{4} τῶι θεῶ 74_{1} τῶι θεῶι 72_{2} Ἀπόλ(λ)ωνι θεῶι 78 φρονέωι 68_{4}.

In nominibus propriis ubique θεο, νεο, ϝετο, nec non in genetivis in -εος.

insolens vel mirum erat, ut haec mutatio non eodem tempore in dialectis natura diversis gigni potuerit.

Quae cum ita sint, omnia fundamenta eis subducuntur, qui formam *ὀρύξη* $60_{12\ 24\ 25}$ ad Transpindanorum dialectum referre volunt. Immo etiam Achaei futurum et aoristum stirpium in dentales exeuntium ex analogia stirpium in gutturales desinentium fingebant, cf. Arcad. *παρετάξωνσι*. Qua de forma supra dixi pag. 45.

Ut summam faciam: Dialectus Cypria, qualis adhuc e titulis nobis innotuit, si nonnullas proprietates recentiore aetate ortas praetermittimus, est integrum ac purum dialecti Achaicae documentum. Omnes igitur lectiones, quibus titulis Cypriis formae Doricae vel Ionicae ultro inferuntur, a priori refutandae sunt.

3.

Peloponnesiorum dialecti Doricae.

E duabus civitatibus, Messenia et Achaja, veteres tituli adhuc praesto non sunt. Recentiores dialecto Dorica cum vulgaribus formis abunde mixta compositi sunt.

Nec non Megarensium et Corinthiorum dialectum omisi, quorum vetustiores tituli dialecto pure Dorica sunt conscripti.

a.

Argolis.

In Argolide Achaeorum dialectum tenacissime retentam esse e vetustioribus titulis, quorum numerum perexiguum esse valde dolemus, dilucide cognoscitur:

1) Praepositionis *πεδά* in *πεδάϝοικοι* I. G. A. 35_2 et 40_8 jam supra (pag. 7 sq.) mentionem feci. Alterum ejus exemplum, quod viri docti adhuc non viderunt, legitur in titulo Le Bas Voy. arch. III_1 = *Μουσ. καὶ βιβλ. περ. πρώτη* 101. Quo continetur plebiscitum, cui haec verba subscripta sunt:

Ἀρήτευε Λέων βωλᾶς δευτέρας, Ποσιδάον γροφεύς βωλᾶς, Πέριλλος πεδιον.

πεδιον, quod adhuc interpretatione carebat, pro *πεδ-ιών* = *μετ-εών* „Beisitzer“ scriptum esse intellego. — Singillatim etiam apud Argivos vocalis *ε* ante vocales in *ι* mutabatur velut in *Θίοπος* I. G. A. 37_3. Longa vocalis *ω* etiam in nomine *Ποσιδάων* per O expressa est.

2) E forma *Ϙορίνθοθεν* I. G. A. 32 Gust. Meyer, gramm.[2] p. 30 concludit suffixum *-θεν* a Dorensibus quoque alienum non fuisse. Fulcit hanc sententiam vocabulo Aetolico *μηδαμόθεν*. At ex illis duobus titulis, in quibus hoc adverbium traditum est, alter prodiit sub finem saeculi III, alter anno 193. Accedit, quod in illo *θάλλατταν* $1410_{3/4}$, in hoc *είς τοὺς νόμους* 1411_{16} scriptum legimus. Denique plurimum interesse equidem censeo, utrum suffixum *-θεν* stirpi nominali an pronominali sit adjunctum.

Et grammatici et tituli Dorenses suffixo *-θα* pro *-θεν* usos esse nobis testantur. E titulis commemoro tabulas Heracleenses (*ἄνωθα* $I_{17\ 87}$, *ἔμπροσθα* $I_{57\ 101}$) et Leges Gortynias (*πρόθθα* V, 8; VI, 24; XI, 21). Neque minus inter omnes constat ipsos apud Aeolenses, quibus Achaeos addere non dubito, suffixi *-θεν* usum multo ampliorem fuisse quam apud ceteras gentes (*ἐμέθεν* = *ἐμέο*).

Verisimillimum igitur est formam *Ϙορίνθοθεν* e vetere Achaeorum dialecto resedisse[1]).

3) Consonans nasalis ante genuinum sigma ab Aeolensibus atque Achaeis tenacissime retinebatur (cf. pag. 29).

-ανς τάνς I. G. A. 38_4

τòνς υἱόνς Eph. arch. 83, 154 = Baunack, Stud. I, Inschr. aus Epidauros, nr. 52_2.

Αἰγιναίανς, *'Αλεξανδρείανς* in titulo circa annum 300 conscripto, Le Bas II, 115a.

Grammatici Argivis ascribunt formas

ἐνς et *τίθενς* cf. Ahrens II p. 104 sq.

Si nasalis excidit, Achaei vocalem, quae antecedebat, et puram et brevem retinebant. Hujus quoque proprietatis apud Argivos duo exempla habemus:

ἐς = *ἐνς*, quod saepissime in titulis legitur (vid. Baunack, Stud. I p. 191).

ἐς τòς αὐλός in titulo Troezenio, Le Bas II, $157a_{42}$.

4) Singillatim infinitivus conjugationis thematicae exit in *-εν*: *ἐμμενέν* Le Bas III, 1_6

Reliqua exempla sunt in Isylli titulo:

ἀνγραψέν$_8$ *ῥέκεν* (Wilam. *δρέκεν*)$_{28}$ *χαίρεν*$_{58}$.

5) Singula:

ἐτμήθεν (pro *-θησαν*) Le Bas II, $157a_{83}$

---

1) E vulgari sermone videntur fluxisse *οἴκοθεν* C. I. G. 1164_8 1223_8 *κάτωθε* Le Bas II, $157a_{43}$ *ἔμπροσθε*$_{45}$ *ὄπισθε*$_{45}$, cum eidem tituli non paucas vulgares formas contineant.

χόος „vas" II, $157a_{26}$, quod vocabulum praeterea in titulo Cretico et Cyprio legitur.

Θέρσανδρος II, $257a_{32\ 33}$.

Num verbum *κέλομαι* (Epidauri traditum, Baun. Stud. $59_{50\ 62}$ $80_{112\ 126}$) quo ex Homeri temporibus soli poetae utebantur, Achaeorum dialecto proprium fuerit, non liquet. In recentioribus mediae Graeciae titulis legitur *κελεύω*.

Fere omnes, quas attuli, Argivorum dialecti formae Achaicae in Creta ceterisque insulis iterum nobis occurrent.

b.

Lacedaemo.

Dialectus Laconica, quod ad integritatem attinet, dialectis Aeolicae et Ionicae loco non cedit.

Dei nomen *Ποοῖδαν* (Müllens. 28_4 29_2 $30_{4,5}$ 40_1 *Ποοῖδαια* $27_{12\ 18}$) ea de causa Lacones ab Achaeis (cf. Arc. *Ποσοιδᾶνος* 1217) recepisse apparet, quia nomime, sub quo Neptunus ex antiquissimis temporibus in Lacedaemone colebatur, mutato infandum scelus commisissent. Accedit, quod Lacones, cum deorum intestinorum cultum continuaverunt, in terra vi armisque occupata quasi civitatem legitimam sibi pepererunt[1]).

In Alcmanis dialecto praeter praepositionem *πεδά* Aeolensibus atque Achaeis propriam, de qua jam dixi, duae formae Aeolicae metro firmatae inveniuntur:

1) Dativus plur. in *-εσσι*:

. . . . . . *παρὰ δαιτυμόνεσσιν* 22_2

. . . . . *ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται* 26_3.

2) Dativus plur. in *-οισι*:

. . . *ἐν θιάσοισιν* 22_1, . . . *παρὰ σοφοῖσιν* 24_2,

. . . *ἐν ἀρμένοισιν* 87_1, *θεοῖσι ϝάδηι* . . . 34_2,

ναϝοῖσιν ἀνθρώποισιν αἰδοιέστατον 74 A.

Quamquam breviores Doricae dialecti formas Aeolicis videtur praetulisse. Traditae magnamque partem metro firmatae sunt hae:

1) *ἐν φύκεσσι πιτνεῖ* 6, *κῆνος ἐν θάλεσσι πολλοῖς* 10, *ἐν καμῶσιν ἀλέγω* 23_2, *χερσὶ λεϝόντειον* 34_5, *ἐν βένθεσι πορφυρέας ἁλός* 60_5.

---

1) Frustra viri docti adhuc causam quaesiverunt, cur Boeoti in nomine *Ἡρακλῆς* vocalem *η* in *ει* non mutaverint. E linguae legibus haec exceptio numquam explicabitur: immo, quamquam *ει* procul dubio in hoc quoque nomine pronuntiabatur, tamen *η* scribebatur, ne ira dei, qui per omnia tempora immutatus erat, moveretur.

2) παρθένοις ἀϝείδην 1_8, θοίναις δέ 22_1 ἐν βοτοῖς στάσειεν 23_{47}, ἐν κορυφαῖς ὀρέων 34_1, πετάλοις ϝίσϝα 39, σφοῖς ἀδελφιδεοῖς κῆρα 56A, πάλοις ἔπαλεν 69, ταῖς συναικλίαις 70_1.

Infinitivus ἔδμεναι 100 nimis incertus est.

Grammaticorum igitur testimonium Alcmanem nonnulla ex Aeolensium dialecto mutuatum esse fundamento non caret. Mitto permultas formas Aeolicas mera grammaticorum fictione Alcmanis versibus illatas velut φέροισα, κιθαρίσδην alias. His Alcmanem usum esse nisi dialectorum Graecarum imperitissimi sibi non persuaserunt. Contra non miramur, quod Alcman, quem epica Homeri carmina non solum novisse sed in dialectum Doricam transtulisse constat, e versibus Aeolicis nonnullas formas mutuatus est, quae metri causa ei placebant *simulque non a dialecti Laconicae fundamentis abhorrebant*.

Quod cum concedo, nequaquam eorum partes sequor, qui poetas vel antiquissimis temporibus carmina sua dialecto arteficiose mixta composuisse censent. Nam ex horum judicio veteres poetae ea erant insulsitate, ut e diversis dialectis formas, quarum altera alteram excludebat, veluti genetivos in -εω et -αο, Μοῖσα et φέρωσα „arteficiose“ eligerent atque in unam „dialectum poeticam“ confunderent.

Praeterea dativi in -οισι, etiamsi Alcmanis aetate a Dorensibus jam in -οις correpti erant, tamen ea de causa non peregrinorum specimen prae se ferebant, quia primitus in omnibus Graecorum dialectis existebant.

Dativos in -εσσι inter Aeolensium proprietates habendos esse pro certo stat. Nec Alcman hoc suffixum videtur admisisse nisi in eis stirpibus, quarum brevior dativi forma metro dactylico apta non erat veluti ἀλκυόνεσσι pro ἀλκῠ̆ο̆σῐ̆, δαιτυμόνεσσι pro δαιτῠ̆μο̆σῐ̆. Contra omnium stirpium, quae una vel duabus syllabis constant, dativi brevius suffixum assumebant, cf. φύκεσσι, θάλεσσι, καμῶσι, χερσί, βένθεσι.

c.

Elis.

Eleos, qui ex Aetolia venisse traduntur, gentem Transpindanam fuisse e dialecto dilucide apparet. Cujus proprietates Transpindanae maxima ex parte jam a Blassio (in Coll. coll. I p. 314) collectae sunt:

I. Soni.

1. Pro nasali ante sigma ejecta vocalis, quae antecedit, producitur:

ἀνταποδιδῶσσα 1172_{17} = *ἀνταποδιδοντja*, *ἀποδώς* 1158_{8}.

2. Eodem modo spirantium damnum suppletur:
βωλᾶρ 1172_{31} *βωλογράφορ* 1172_{37}.
3. *τ* ante *ι* non assibilatur in
πεντακάτιος $1154_{2/3}$ 1156_{4}.
4. *α* pronuntiatur pro vulgari *ε* in *ἱαρός*, *τόκα*, *κα*, *ἔστα*.

II. Flexio.

1. Stirpium verbalium, quae in dentales exeunt, futurum et aoristus ex analogia stirpium in gutturales exeuntium finguntur:
ἐφθακίξαιτο 1155_{4} *ποταρμόξαιτο* $1151_{4\ 5/6}$.
2. Dativus plur. declinationis II exit in *-οις*:
ἀλ(λ)άλοις 1149_{4} al.
3. Infinitivus conjugationis non thematicae assumit suffixum *-μεν*:
δόμεν 1172_{28}.
4. Locativus pro dativo usurpatur:
αὐτοῖ $1172_{21\ 28}$.

III. Singula.

1. *τόκα*, Aeol. *τότα*.
2. *τοί*, *ταί*.
3. Inter elementa Transpindana etiam *ἐν* c. acc. referendum est, cum Aeolenses *εἰς*, Achaei *ἰν* c. acc. usurpaverint.

Quod veteres tradunt Eleos ex Aetolia immigrasse, titulis ipsa in Aetolia repertis adhuc probatum non est, quippe qui omnes lingua societatis Aetolicae abunde cum vulgaribus formis mixta conscripti sint. Haec lacuna expletur antiquis Locrorum tabulis aeneis Oeantheae repertis, quae permultis et permiris dialecti proprietatibus cum Eleorum titulis consentiunt. Inde elucet Locros atque Aetolos, quibus Phocenses addiderim, unam Transpindanorum gentem a Dorensibus diversam fuisse.

Proprietates, quae nisi in dialectis Elea et Aetolica non existunt, hae sunt:

1. Dativus, qui dicitur Aetolicus:
Locr. *μειόνοις* 1479_{14}.
Aet. *νικεόντοις* 1413_{16}, *ἐπαγγελλόντοις* $_{23\ 26}$.
Μελιταιέοις $1415_{1\ 3/4}$ *Πηρέοις* $_{1\ 4\ 28\ 30}$ *ἀρχόντοις* $_{24}$.
Ele. *χρημάτοις* $1154_{1\ 3/4}$ *ἀγώνοιρ* 1172_{26}.
2. Vocalis *ε* ante *ρ* in *α* mutatur:
Locr. *φάρειν* $1478_{5\ 10}$ *ἀμάρα* 1478_{42} 1479_{5}.
πατάρα 1478_{37} *ἀνφοτάροις* 1478_{39}.

Cur in *μέρος* $1478_{36\ 44}$ vocalis *ε* servata sit, non intellego.

Ele. *ὀπόταροι* 1150_3 *ϝάρρην* 1152_2 *φάρην* 1168_5 *ἐλευθάρως* 1161_3 *ϝάργον* $1149_{3/4}$ *παρ* (= *περί*) $1149_{4/5}$ 1151_1 1168_2.

Formae *φανεράν* 1172_{13} et *περί* 1171, $1172_{2\ 35}$ leguntur in titulis alphabeto Ionica conscriptis. Praeterea *ε* servatum est in *ἀμέρα* $1151_{8\ 12}$ et *ϝέρ(ρ)ην* 1153_6.

3. In suffixis verbalibus a *σθ* incipientibus aspirata *θ* in tenuem mutatur (cf. pag. 18 sq.):

Locr. *χρῆσται* $1478_{19\ 23\ 26\ 28}$ *χρήστω* $1479_{7/8}$ *ἀρέσται* $1478_{32\ 33}$ *παματοφαγεῖσται*$_{41\ 44}$ *ἐλέστω* $1479_{10/11}$ *ἐλέσται*$_{16}$.

Ele. *κελοίσταν* 1151_{18} *λυσάστω* $1168_{7/8}$ *πεπάστω* 1168_9 *τιμώσταν* 1159_{12} *χρηῆσται* 1147_3.

4) Elei pro nominativo plur. declinationis III accusativo utebantur:

ὀμόσαντες 1151_{11} [*τέτο*]*ρες* $1162_{3/4}$ *πλείονερ* 1172_8 *χάριτερ*$_{17}$.

Hujus usus exempla in Locrorum tabulis non inveniuntur: *ἄνδρας* 1478_{13} $1479_{13\ 14}$ *δικαστῆρας* $1478_{32/33}$ *ὀμόσαντας* 1479_{17}.

Sed in vetere titulo Delphico I. G. A. 319_6 legimus accusativum *τέτορες*. Itaque hujus quoque proprietatis cunabula in Locride et Phocide posita fuisse verisimillimum est. Unde, qui emigraverunt, eam in Elidem atque Achajam transtulerunt. Ex Achaja traditi sunt accusativi *συμπολεμήσαντες*, *συνδιασώισαντες* Bull. Corr. Hell. II p. 41, *δαμοσιοφύλακες*, *τοὺς ἐλάσσονες* B. C. H. II p. 96.

Una tamen de re Elei a Locrensibus videntur dissentire. In dialecto Elea, sicuti in Cretica et Boeotica, consonans *ζ* mediis in vocabulis in *δδ* mutatur: *δικάδ(δ)οι* 1156_2 *δικάδ(δ)ωσα* 1156_3 *θοάδ(δ)οι*1156_1 *χραῖδ(δ)οι* 1160_3. Contra regulam facit unum *ἡ*]*μιολίζοι* 1151_8.

In veteribus Locrorum tabulis ubique *ζ* scriptum est: *νομίζει* 1478_{26} *ἀνδιχάζωντι* 1479_{10} *δικάζηται* 1479_{15}.

Atqui cum grammatici, quorum ex judicio codicum scriptura pendet, etiam Lacones et Megarenses *ζ* in *δδ* mutasse nobis testentur, uni alterive fortasse placebit conjectura Eleos hanc sonorum mutationem a Laconibus assumpsisse. At in omnibus recentioribus Laconum titulis ubique *ζ* scriptum legimus. Ex vetustioribus duo praebent *ζ*: *Τροζάνιοι* M. 20_{13} = I. G. A. 70, *χαριζόμεν*[*ος* M. 12_4 = I. G. A. 62, unus *δ*: *ὀπιδ(δ)όμ*[*ενος*] Röhl, Imag. p. 22 no. 11. Praeterea scriptura *δδ* existit in titulo, qui altero post Chr. n saeculo prodiit: *μικκοχιδδόμενον* M. $58_{6/7}$.

Quid igitur? Erraveruntne grammatici? Eidem nobis tradiderunt pro *ζ* ab Aeolensibus *σδ* esse pronunciatum. Estne haec

ea de causa mera fictio, quia in Aeolensium titulis usque ad Augusti tempora ζ legitur? Quod qui sibi persuasit, captus est falsa opinione apud omnes ejusdem populi gentes eadem lapidum signa eisdem sonis respondere.

Sonus, qui ex δj prodiit, priusquam lingua Graeca in dialectos discissa esset, per ζ exprimebatur. Postea et apud Aeolenses et apud Transpindanos immutatus est, ita tamen, ut neque apud illos genuino σδ neque apud hos genuino δδ par esset. Itaque non omnes Transpindanorum gentes eum per δδ significabant, sed magna eorum pars una cum Aeolensibus in vetere scriptura ζ persistebant.

Cavendum igitur est, ne elocutionem δδ a Locrorum atque Aetolorum dialecto alienam fuisse Eleisque a Laconibus illatam esse judicemus.

Certa dialecti Achaicae vestigia apud Eleos servata non sunt. At non paucis formis Aeolicis occurrimus:

1) Primo loco ponenda est Ψίλωσις. Quam Eleis propriam fuisse viri docti inde concluserunt, quod spiritus asperi signum in titulis deest. Fulcitur hoc argumentum vocabulis ἐπιάροι 1149_9 1151_{14} κατιαραύσειε 1152_2 ποταρμόξαιτο $1151_{4\ 5/6}$. Quamquam, ne nimium ponderis eis tribuamus, cavendum est. Nam et in ἰαρός (sscr. iṣirás) et in ἁρμός, quod cum ἀρ-αρίσκω, ἄρθρον cohaeret, spiritus asper genuinus non est.

Vocabula καθώρ $1172_{14\ 27}$ et ποθελομέν[ω] $1151_{10/11}$, in quibus aspirata pro tenui legitur, Eleorum psilosin in dubitationem non vocant. Nam inde, quod spiritus asper — non ante annum 900 — in coloniis Graecorum Asiaticis evanescere coepit, minime sequitur, ut etiam in vocabulis compositis aspiratae in tenues reverti debuerint. Saepissime praepositio quaedam cum stirpe nominali vel verbali vel pronominali tam arte coaluit, ut ex vocabulis compositis re vera simplicia fierent. Potuitne omnino in his aspiratae, quas ex tenuibus ortas esse lingua, ut ita dicam, jam dudum oblita erat, in tenues retro mutari?[1]).

2) Nasalis ante genuinum -ς in ι mutatur in accu-

---

1) Neque igitur Meistero I p. 103 concedo in titulis Aeolicis 281 A et 304, qui integra dialecto compositi sunt, vocabula κάθοδος, καθάπερ, ἀφικόμενος aspiratas e vulgari sermone mutuata esse. Nam multum interest inter ἀφικόμενος et κατεσταχόντων: verbum ἱκνέομαι a pedestri sermone alienum erat; in compositis igitur ἀφ- et ἐφ-ικνέομαι, quae ejus vice fungebantur, praepositiones tam arte cum stirpe verbali coaluerant, ut haec verba omnino composita esse in oblivionem veniret. Idem valet de formulis, καθά καθάπερ, καθώς aliis (cf. Fick, BB. XI, 246).

sativis μυαῖς 1152_8 1157_4 κα(τ)θυταίς 1152_4 1157_4 καταξίαιρ 1172_{16} ἄλλοιρ 1172_8 τοίρ$_{10}$ θεαροίρ$_{10}$.

3) Praepositio ὑπά.

ὑπαδυγίοις 1154_9 ὑπαδυγιοίοις 1159_8 ὑπαδυ[. . .$_4$.

In Damocratis tabula legitur vulgare ὑπό.

Cum grammaticorum testimonio ὑπά Aeolensium fuisse discrepant omnes tituli Aeolici, qui adhuc reperti sunt. Veluti in foedere inter Mytilenaeos et Phocaeenses de nummis facto offertur ὑπόδικον 213_5. In Sapphus fragmentis semel ὑπά traditum est (ὑπαδεδρόμακεν 2_{10}). Ceteri poetarum versus praebent ὑπό. Nihilominus formam ὑπά, quam secundum ἀνά, quam secundum ἀνά, κατά „per analogiam" fictam esse neminem Meistero credidisse spero, apud Aeolenses, priscis temporibus in usu fuisse pro certo affirmo. Nam ex Aeolico ὑπά derivatum Homericum ὑπαί, ut παραί ex παρά, διαί ex διά.

4) Nominativus τελέστα $1149_{8/9}$ sine sigmate formatus est cf. Aeol. ἵπποτα, Ἄρχυτα, al. (cf. p. 13).

5) Aoristus ἐποίηα (ποιήασσαι 1172_{33} ποιήαται$_{36}$ = ποιήσηται) redit ad praesens ποιήω (cf. Bechtel, G. G. N. 1886 p. 377); quocum conferas Aeol. ποθήω, ἀδικήω, Boeot. δαμιόω al. (cf. pag. 14).

5) Denique restant duo vocabula:

a. epicum κέλομαι in κελοίσταν 1151_{18}

b. ἀγρέω (cf. pag. 8): ἐξαγρέων 1156_8 ἐξαγρέοι 1156_5.

Certum exemplum vocalis α Aeolico more in ο obscuratae traditum non est. Utrum γροφεύς 1152_8, quod vocabulum etiam in aliis dialectis Doricis occurrit, ex γραφεύς obscuratum an justa ac legitima vocalis ε inflexione ex *γρέφω deductum sit, latet. In κοθάρσι 1156_1 vocalis α obscurata est spirante Vau, quae primitus post κ pronuntiabatur (sscr. çudh = çvadh).

Mixta Eleorum dialectus inde est explicanda, quod, qui in Triphylia incolebant, e Transpindanis et Aeolensibus mixti erant.

Herodotus IV, 145—149 nobis tradit Minyas e Lemno insula ejectos in Peloponnesum venisse, ut ibi hereditatem a patribus relictam recuperarent. Benigne ac familiariter a Lacedaemoniis sunt recepti. Sed cum brevi post novis rebus studere inciperent, in vincula conjecti nisi uxorum dolo e morte erepti non sunt. Profugi in Triphyliam se verterunt ibique oppida Λέπρεον, Μάκιστον, Φριξάς, Πύργον, Ἔπιον, Νούδιον condiderunt.

Etiam apud Homerum horum colonorum memoria servata est: in Λ, 722 flumini cuidam, quod a sinistra parte in Alpheum influebat, nomen est Μινυήιος.

Minyarum patres Peloponnesum incoluisse fabula est eadem fide digna qua narrationes Aetolos in Elidem, Aeolenses Boeoticos in Boeotiam revertisse. Fieri potuisse non nego, ut pars Achaeorum e Peloponneso expulsorum in Lemno insula considerent. At procul dubio ibi in Aeolenses inciderunt, neque dubitari potest, quin ut Lesbi et in Asiae ora ita etiam Lemni dialectus Achaeorum Aeolica sit consumpta. Qui Lemno ejecti Peloponnesum petiverunt, certe dialecto Aeolica utebantur.

Itaque etiam mixta Eleorum dialectus e duarum gentium mixtione originem duxit.

Quo tempore Minyae in Triphyliam pervenerint, pro certo dici nequit. Procul dubio factum est, postquam Dorenses Peloponnesum occupaverunt et priusquam libri *Λ* versus 664—762 conscripti sunt. Herodotus Minyas Argonautarum nepotes fuisse tradit. Cui si fidem habere nobis licet, circa annum 800 immigrasse putandi sunt.

4.

Dialecti coloniarum Doricarum.

Dialectis coloniarum Doricarum fere omnibus formas Aeolo-Achaicas admixtas esse viros doctos adhuc fugit. Quin etiam Ahrensius Heracleenses et Cretenses severiore Doride usos esse existimabat, quam sententiam eum non defensurum fuisse persuasum habeo, si titulus Tegeaticus jam illis temporibus innotuisset. Ex quo didicimus permultas formas Creticas, quae vulgo in Doricarum numero habebantur, re vera ex Achaeorum dialecto originem duxisse.

At, cum Arcades undique a gentibus Transpindanis cincti fuerint, obvertat mihi fortasse quispiam dialectum Arcadicam eas formas, quas cum Cretica communes habebat, e Dorensium dialecto mutuari potuisse. Haec explicatio duabus de causis corruit: nam illae formae Creticae et Arcadicae, de quibus agitur, non solum magna ex parte apud Thessalos recurrunt, sed etiam ab Eleorum et Laconum dialecto alienae sunt. Itaque neque e Lacedaemone in Arcadiam neque a Laconum colonis in Cretam ceterasque insulas „per undas“ transferri potuerunt.

Nonnullae dialectorum Creticae, Theraeae, Heracleensis, aliarum formae, quae adhuc neque apud Dorenses neque apud Arcades vel Cyprios traditae sunt, in Aeolensium dialecto inveniuntur. Quas, cum non contra Arcadum et Cypriorum linguam pugnent, ad Achaeo-

rum dialectum referendas esse censui. Fortasse novi tituli in Arcadia et in Cypro reperti eas in lucem edent.

Nulli sonorum proprietati Achaicae contigit, ut servaretur. Una in flexione nonnullae formae ex Achaeorum dialecto residebant:

1) Infinitivus flexionis thematicae in -*εν* exeuns. In titulo Tegeatico leguntur *ἰμφαίνεν*$_{24}$ *ἐπηρειάζεν*$_{46}$ *ὑπάρχεν*$_{53}$. Unde efficitur, ut etiam in tabula Idaliensi *ἔχεν*$_{10\ 22}$ transcribendum sit.

Hi breviores infinitivi vulgo in Doricarum proprietatum numero habentur. At in omnibus dialectis pure Transpindanis frustra eos circumspicimus. In titulis Graeciae et mediae et septentrionalis legitur -*ειν* velut in altera tabula Locrorum, qui pro vocalibus *ω* et *η* hysterogenis hybridas -*ου* et -*ει* pronuntiabant: *λανχάνειν* 1478$_{2/3\ 3/4}$ *θύειν*$_{8}$ *φάρειν*$_{5\ 10}$ *ἐπάγειν*$_{18}$ al.

Cum in Damocratis aere *ὑπάρχην*$_{18}$ et *μετέχην*$_{27}$ tradita sint, in omnibus Eleorum titulis vetustiore alphabeto conscriptis littera E per *η* transcribenda est veluti in *ϝάρρην* 1152$_{2}$ *ἔχην* 1153$_{5}$ 1156$_{3}$ *φάρην* 1168$_{5}$.

Infinitivi Laconici *ἔχην*, *ὑπάρχην* M. 43$_{29}$, quo vetustiores adhuc traditi non sunt, leguntur in inscriptione Geronthris reperta, quae prodiit sub finem saeculi III: recentiores tituli praebent -*ειν* pro -*ην*.

In Alcmanis fragmentis brevior forma ter[1]) tradita est: pro *ἀϝείδεν* 1$_{3}$, quod versum concludit, et pro *ἐσθίεν δ' ἅδαν* 76$_{4}$ per metrum legere licet *ἀϝείδην*, *ἐσθίην* — at pro *φαίνεν ἐμὲ δ' οὔτ' ἐπαινῆν* 23$_{43}$ metri causa formam *φαίνην* restituere cogimur. Tradita simulque metro firmata est longa vocalis in

ϝανδάνην ἐρῶ· πόνων γάρ 23$_{88}$

μηδὲ μ' ἀϝείδην (cod. -*ειν*) *ἀπέρυκε* 57.

Traditi, quamquam metro non fulti, sunt infinitivi *κατάρχειν* 22$_{3}$, *κιθαρίζην* 35$_{2}$ *φέρειν* 26$_{2}$.

In ceterarum Peloponnesi civitatum titulis, qui recentiore aetate prodierunt, -*ην* jam in -*ειν* mutatum est.

Ut summam faciam: apud gentes Transpindanas, quae in Peloponnesum invaserunt, et apud Dorenses et apud Aetolos, infinitivus non in -*εν*, sed in -*ην* exibat.

Contra suffixum -*εν* in omnibus eis urbibus insulisque traditum est, quas, priusquam Dorenses advenissent, Achaeos incoluisse constat:

---

1) Praetermitto infinitivos *ἐπαινέν* 23$_{43}$ (in fine versus) et *γαμὲν τάν* 23$_{17}$. Pro illo jam Ahrensius *ἐπαινῆν* suo jure restituit.

a) Apud Delphos atque Locrenses Opuntios (cf. pag. 36): *ἄγεν, θύεν, συναγαγέν — γράφεν.*

b) Heracleae:

ἀνγράφεν, ἔχεν, ὑπάρχεν.

Heraclea colonia erat Tarentinorum. Tarentum conditum est a Partheniis ex eis matrimoniis natis, quae Dorensium nobiles cum Achaicis mulieribus fecerant. Itaque eorum dialectum ex elementis Achaicis et Doricis mixtam fuisse verisimillimum est. At hac conjectura omnino opus non est. Nam jam, antequam Parthenii venirent, gentis Achaicae pars in ora sinus Tarentini consederat ibique oppida Sybarim, Crotonem, Metapontum condiderat. In eis igitur regionibus, in quibus Heraclea exstitit, dialectus Achaica jam diu regnabat.

c) In insulis:

α) in Creta: *φέρεν, τίκτεν, ἀναγινώσκεν, σπείρεν, ὑπάρχεν, χαίρεν, διαφυλάττεν.*

β) Therae: *ἐγγράφεν, θύεν, συναγαγέν.*

γ) Coi (Bull. Corr. Hell. V p. 220): *ἀπάγεν, φέρεν.*

Supra vidimus infinitivum *φέρεν*, quippe quem Arcades neque a Dorensibus neque ab Eleis mutuari potuerint, dialecto Achaicae proprium fuisse. Unde dilucide atque necessario efficitur, ut haec forma in coloniis Doricis e prisca Achaeorum dialecto servata sit. Ni forte quispiam opinatur Dorenses, qui in insulis incolebant, sua sponte in eandem infinitivi formam atque Achaeos incidisse. Quam sententiam si impugnarem, tempus perderem.

Infinitivos *φέρεν*, *φέρην*, *φέρειν* ex eadem genuina forma deducere viri docti plus semel conati sunt. Sententia aliquando pervulgata *φέρην* et *φέρειν* contractione, *φέρεν* elisione ex *φέρε-εν* orta esse nostra aetate vix digna est, quae commemoretur. Nam ab omni probabilitate abhorret stirpi in vocalem exeunti suffixum a vocali ordiens additum esse. Neque igitur defuerunt, qui suffixum *-εν* primitus a spirante quadam coepisse defenderent. At suffixa *-ϝεν* et *-σεν* omnino non in censum veniunt, cum Homerus nisi contracta forma *φέρην* non utatur. Relinquitur igitur suffixum *-jεν*, sed hoc quoque destituimur. Nam inter *φέρεν*, si ex *φέρε-jεν* ortum esset, et *φέρην*, *φέρειν* eadem ratio interesset, quae inter *ξένος* et *ξῆνος*, *ξεῖνος*, quo in vocabulo vocalis hybrida paulatim ita correpta est, ut brevi vocali par fieret. At quamquam multa exempla praesto sunt, in quibus vocalis hybrida *ει*, si per productionem suppletoriam orta erat, in brevem corripiebatur [1]),

---

1) Veluti in *κόρα* = *κόρϝα*, *κενός* = *κενϝός*, *ξένος* = *ξένϝος*.

tamen me non unum invenisse concedo, in quo *η* vel *ει* contractione natum in *ε* correptum sit [1]). Denique obliviscendum nobis non est in ceteris linguis Indogermanicis suffixi *-jεν* vestigium non inveniri.

Quae cum ita sint, *φέρεν* et *φέρην* non eadem forma primaria fluxisse pro certo affirmare non dubito.

Qui infinitivorum suffixa perlustrat, primo conspectu intellegit inter *-ν* (*φέρε-ν*) et *-ναι* (*διδό-ναι, δοϝέ-ναι*) eandem rationem interesse quam inter *-μεν* (*φέρε-μεν, δό-μεν*) et *-μεναι* (*φερέ-μεναι, δό-μεναι*):

φέρε-ν: **φερέ-ναι* = *φέρε-μεν*: *φερέ-μεναι*.

Quamquam, quae sit haec ratio, non liquet. Correptum esse *-ν* ex *-ναι*, *-μεν* ex *-μεναι* mihi non probatur.

Formas *φέρην* et *φέρειν* [2]) productione non legitima ex *φέρεν* prodisse suspicor. Quae sententia infinitivis Rhodiorum in *-μειν* pro *-μεν* exeuntibus fulcitur [3]). Qua de causa et in *φέρεν* et in *δόμεν* vocalis producta sit, ignoro.

2) Accusativi in *-ος* exeuntes

(Arc. *τὸς ἐπισυνισταμένος*, Thess. *τὸς ταγός*)

ab infinitivis in *-εν* disjungi non possunt, cum plerumque in eisdem titulis traditi sint.

a) Delphis: *τός, ὤνος, αὐτός*.

b) In Argolide: *τὸς αὐλός*.

c) In insulis:

α) in Creta: *τός, αὐτός, θιός, κόσμος, ἄλλος, Λυττίος* al.

β) Therae: *στεφάνος, τός, γενομένος*.

γ) Cyrenae, quae erat Theraeorum colonia,: *κοινός, Ρωμαίος*.

δ) Coi (Bull. corr. Hell. V p. 201 sq.) *τός, αὐτός, ἐκγόνος, θεός, νόμος* al.

Ut infinitivi in *-εν* ita accusativi in *-ος* a grammaticis nostris inter proprietates Doricas referuntur.

---

1) In formis Cretensibus et Theraeis *συμπολέμοντες, ἐπιόρκοντι, ἐπέστατον, κράτοντες* vocalis *ο* non ex *ω* correpta est. Nam Dorenses *ε* + *ο* (veluti in *κρατέοντες*) non in *ω* contrahebant, sed *ε* ante *ο* in *ι* mutabant. *κράτοντες* igitur ex *κρατίοντες* ita ortum est, ut iota accentu recedente in spirantem j mutaretur (*ἐπέσταjον, κράτjοντες*), quae sine vestigio evanuit.

2) Diphthongum *ει* non genuinam, sed hybridam esse vetustioribus Jonum titulis comprobatur, in quibus -EN scriptum est.

3) Ahrensii sententia (II p. 412) „Rhodios conjugationis in *-ω* terminationem *-ειν* per malam analogiam ad conjugationem in *-μι* transtulisse“ etiam nunc a nova grammaticorum schola laudatur.

Apud Alcmanem saepius longior forma tradita est: σφετέρως ἵππως 3, τοὺς τέκε 8_1, νόμως 67_1 simulque metro firmata in τὼς ἀρίστως 23_{11}. Quamquam codicum scripturae non multum confidendum esse apparet. Nam utrum Alcman re vera longam vocalem (τως) an nasalem ante sigma (τους) pronuntiaverit, quis est qui dijudicare audeat?

Semel Alcman (πεδὰ τὰς τροπᾰ̆ς 33_5) et bis Tyrtaeus (δημότας 4_5 δεσπότας 7_1) brevioribus formis usi sunt. De quibus non aliter judico ac de vocabulis πεδά et ἀγρέω: mutuati sunt poetae haec elementa Achaica ipsa e viva dialecto, quae eorum temporibus in Lacedaemone procul dubio ex formis Transpindanis et Achaicis mixta erat. Nec aliter Hesiodus breves accusativos πᾰ̆σᾰ̆ς, βουλᾰ̆ς al. e viva Delphorum dialecto assumpsit, quam ex elementis Transpindanis et Achaicis constitisse supra vidimus. Denique etiam Syracusanorum dialecto Doricae, qua et Epicharmus et Stesichorus in versibus utebantur, formas Achaicas sive in ipsa Sicilia sive jam in Peloponneso admixtas esse verisimile est.

In Laconum titulis paulo vetustioribus legitur -ως: αὐτώς, προξένως M. 42_8 (ex initio saeculi III), ἐγγόνως, προξένως M. 43_{27} (sub finem saeculi III), in recentioribus -ους.

In Locrorum tabulis aeneis accusativi in -ους exeunt: τούς, ἐπιϝοίκους, ϝεκάστους al.

Formam τός e τώς correptam esse neminem nostris temporibus defensurum esse spero. Immo nasalis ante sigma tum excidit, cum productio, quae nominatur suppletoria, jam perfecta atque absoluta erat.

Dorenses nasalem ante sigma diutius quam ceteras gentes pronuntiasse non constat. Immo in Xuthiae titulo jam τώς scriptum est. Contra non solum leges Gortyniae, quae eadem fere aetate qua Xuthiae titulus prodierunt, sed etiam singillatim recentiores tituli Cretici genuinas formas τόνς, αὐτόνς, ἐλευθέρονς, πρειγεύτανς servaverunt.

Cum ab Arcadibus atque Thessalis nasalis ante sigma hysterogenum usque ad saeculum II a. Chr. n. retenta sit, concludere nobis licet, eandem etiam ante primigenum sigma ipsa a gente Achaica tenacius atque diutius quam a ceteris gentibus pronuntiatam esse.

3) Tertia pers. plur. imperativi act. in omnibus titulis Creticis fert suffixum -ντων Homero Jonibusque proprium (Transpind. -ντω):

ἑρπόντων, ἀποτεισάντων, ἐπιόντων, ἀποστελλόντων, παρεχόν-

των al. Gravissima exempla sunt ἐκόντων L. G. X_{20} $XI_{36/37}$ διαλακόντων V_{50}.

Eidem suffixo praeterea occurrimus Therae (ἐχόντων, ἀφαιρούντων) et in Amphictyonum decreto, de quo supra dixi (ἐόντων, διδόντων, συναγόντων).

In omnibus ceteris dialectis Transpindanis suffixum -ντω in usu fuisse ostendunt tituli:

Xuthiae: διαγνόντω,

Laconum: ἀναγραψάντω, δόντω, καλεσάντω al.

Messeniorum: προγραφόντω, πειθαρχούντω, κρινόντω al.

Delphorum: παρεχόντω, ἐόντω, ἀποδόντω, παραμεινάντω.

Aetolorum: μισθούντω, συναποτινόντω, ἐμφερόντω, ἀποδόντω.

Boeotorum: οὐπερδικιόνθω, δαμιώνθω, σουλώνθω, ἀναγραψάνθω.

In Phocensium titulis utrumque suffixum traditum, est:

ἱστάνθω 1539 a_{18} κοινωνεόντω$_{51}$, at ἱστάνθων$_{42}$ ἀποτεισάντων$_{60/61}$ γραψάντων b_{2} ἀναθέντων$_{3/4}$.

θαψάντω 1545_{7} πολιτευόνθω 1547_{8} ἐόντω 1548 a_{7}.

Neque hoc mirum. Nam in Phocide gentem Achaicam cum Transpindana mixtam esse supra vidimus.

In Arcadiam suffixum Doricum -ντω pro -ντων invasisse commemoravi.

E Cypro exempla tertiae personae imper. adhuc tradita non sunt.

4) In adjectivis, quae e nominum stirpibus in -ηϝ exeuntibus derivata sunt, Aeolico more vocalis longa retinebatur:

Creta: πρυτανήϊον C. I. G. 2554_{51} ἀνδρήϊον$_{52}$ Δωρήϊον$_{131}$ Δωρηΐαν$_{136\ 165}$ οἰκηΐως Mnemos. I p. 114 sq.$_{13}$ πρυτανήϊον$_{14/15}$ Δρομήϊος C. I. G. 2556_{4} πρειγήϊα, πορηΐω$_{29}$ ἀνδρήϊον$_{39/40}$. Denique huc pertinet Hesychii glossa

θιήϊον (cod. θίκιον)· θεῖον τὸ ὀρυκτόν. Κρῆτες.

In ceteris dialectis Transpindanis haec adjectiva e breviore stirpe deducta sunt (βασιλεῖος, ἀνδρεῖος al.), quod jam Ahrensius II, 192 animadvertit.

Unde efficitur, ut grammaticis, qui formam τοπήϊα Laconibus (schol. a. Call. in Del. 315) et adjectivum οἰκήϊος Dorensibus (Ann. Ox. II, 244) tribuunt, fides non sit habenda.

Ceterum moneo ἱερήϊα etiam in Amphictyonum decreto legi.

His amplioribus proprietatum generibus subjungo magnum nu-

merum singularium et formarum et vocabulorum, quae Achaeis propria erant:

1) *κίαται*, in tit. Gortynio, ed. Bergmann, („de inscr. Cret. ined.“, Berl. 1860) vs. 22, respondet Homerico *κέ-αται* = *κεί-αται* pro *κεῖνται*.

2) *Πτολί-οικος* (Thess. *πτόλις*, Arc.-Cypr. *πτόλις*) in nummo Apteraeo, Catal. d. Brit. Mus., Creta, 8 nr. 1, 2, 3).

3) *πτόλεμος*, quod adhuc nisi in Homeri versibus traditum non est:

πτολέμωι C. I. G. 2554_{197} (in foedere inter Oloentios et Latios facto). Haec vetusta forma in juris jurandi verbis

οὐ προλειψίω οὔτε ἐν πτολέμοι οὔτε ἐν εἰράναι

integra servata est.

4) Adverbia in *-νι*, quae locativi notionem habebant, secundum grammaticorum testimonia dialecto Aeolicae propria erant (cf. Meister I p. 194 *τυΐδε* „hic“, *μέσσυϊ· ἐν μέσῳ*, alia).

Eadem Achaeis non ignota fuisse docet Hesychii glossa

ἰν τυΐν· ἐν τούτῳ,

quae propter *ἰν* inter Cyprias referenda est.

Plura sunt exempla Cretensium:

τυΐ. ὧδε. Κρῆτες. Hesych.

υἷ Hierapytn. Mnemos. I p. 105 sq.$_{16\ 22}$ et p. 114 sq.$_{16}$.

ὅπυι L. G. IV, 15 *ἀμπάντυι* XI_{22} *πλίυι* XI_{5}.

-υι ex *-οι* per sonorum mutationem ortum esse perperam grammatici nostri defendunt. Nam quae vocalis *ο* obscurandae causa fuerit, equidem non intellego. Immo *-υι* = *-ϝι* vetus locativi suffixum erat, ex quo omnes Graecorum stirpes nominales in *-ηϝ* exeuntes fluxisse persuasum habeo. Genuinae radicis *βασιλη-* locativus juste ac legitime fingebatur *βασιλη-ϝι*: hac ex forma spirans *ϝ* etiam in genetivum *βασιλη-ϝ-ος* et accusativum *βασιλη-ϝ-α* translata est. Tenacissime atque diutissime retinebatur genuinus nominativus *βασιλής* (cf. Arc.-Cypr. *ἱερής*)[1].

5) Cretenses comparativo *πλέ(σ)ες* utebantur:

(Aeol. *πλέας* $213_{9\ 10/11}$ Hom. *πλέες* *Λ* 395 *πλέας* *Β* 129).

πλίες L. G. VII, 18, 24 *πλία* X, 17 — acc. plur. *πλίαδ'* VII, 29 et *πλίανς* V, 54 — adverb. *πλίυι* XI, 5.

Semel legitur neutr. plur. *πλίονα* IV, 51, saepius singularis *πλίον* I, 37; III, 40; X, 16/17; *πλίονος* II, 39; IX, 47/48.

---

1) Ex Corcyraeorum genetivo *Τλασιαϝο* primarium genetivi suffixum *-ϝο* fuisse (cf. p. 6) nonnulli viri docti non recte concluserunt. Immo genetivus *Τλασιαϝο* (nom. *Τλασία-ς*) prodiit ex locativo *Τλασια-ϝι* non aliter atque genetivus *ἱερῆ-ϝο* ex locativo *ἱερῆ-ϝι* (nom. *ἱερή-ς*).

6) **Praepositio ἐξ ante consonantes in ἐς corripitur.** Hujus proprietatis exempla Thessalica, Boeotica, Arcadica, Cypria p. 27 collegi.

ἐς τῶν L. G. II, 49; III, 35. *ἐς τέκνων* V, 10. *ἐς τούτων* V, 11, 16 alia. *ἐς-τετέκνωνται* VIII, 24 cf. Baunack, p. 23.

7) *πεδά.*

πεδ' ἁμέραν (Dreros, Dethier, Sitzungsb. Ac. Wien, XXX p. 431 sq.).

πεδ' ἁμέραν L. G. II 13/14 *πεδὰ τῶν ἐρσένων* X, 49.

8) *ἥμινος = ἥμισυς.*

(Cypr. *ιν ἡμίνα* (cod. *ινιμινα*)· *ἐν ἥμισυ.* Hesych).

ἡμίναν L. G. II, 49; III, 36; VII, 33; VIII, 46 saepius.

9) *χόος „vas".*

(Cypr. *χόον τάνδε* 88_{I} — Arg. *χόου* Le Bas $157_{a, 26}$).

Cret. *πρόχοον* L. G. X, 39.

10) *λᾶος „lapis".*

(Cypr. *Κυπροκράτιϝός ἠμι ὁ λᾶο ὅδε* $26_{1/2}$).

Cret. *ἀπὸ τῶ λάω* L. G. X, 36.

11) *ἀκεύω „animadvertere".*

(Cypr. *ἀκεύει. τηρεῖ. Κύπριοι.* Hesych).

Cret. *ἀκεύοντος καδεστᾶ* L. G. II, 17/18.

Quoniam vidimus, quibus elementis mixtae Graecorum dialecti sint compositae, qua ratione ortae, restat, ut paucis lineamentis vetustissimos et singularum gentium et dialectorum fines circumscribamus.

Achaeorum gens ceteras et ingenio et numero longe superabat. Quod ad dialectum attinet, duas in partes erat divisa, quarum altera Thessaliam incolebat atque nomen hypocoristicum *Αἴϝολοι* ferebat, altera Peloponnesum.

Dialecti fundamenta alterius partis cum altera consentiebant: ab utraque ε pro α servabatur in *κρέτος, θέρσος, κε*; α in ο obscurabatur in *ὀν-, δέκοτος*, ο in υ in *ἀπύ* (cf. Cypr. *ἄλλυ, γένοιτυ, Ὀνασαγόραυ* alia). Utraque ante sigma et genuinum et hysterogenum nasalem diutius quam ceterae gentes pronuntiabat, in utraque palatalis q' tam mature in ku transiit, ut vel ante vocales acutas ε et ι labialis vel gutturalis pronuntiaretur (cf. Thess.-Cypr. *ἔπεισα = ἔτεισα*, Thess. *κίς = τίς*).

In flexione utrique Achaei veteres stirpes nominales in *-η* exeuntes servabant (*γραφῆς*, *ἱερῆς*), atque verba denominativa in *-έω*, *-άω*, *-όω* in conjugationem in *-μι* traduxerunt.

Satis habeo hoc loco gravissimas dialecti Achaicae proprietates enumerasse; permultas singulares diversis locis collegi.

Majoris momenti est perquirere, quibus dialecti proprietatibus Achaei Septentrionales a Peloponnesiis distincti fuerint. Leviores omitto veluti Thessalos *ἐν*, Achaeos *ἰν* pronuntiasse. Nec non eae sunt praetermittendae, quas Aeolenses, postquam emigraverunt, in insulis Asiaeque ora sua sponte sibi finxerunt.

His omissis tria discrimina gravissima reliqua sunt:

1) Solos apud Achaeos Peloponnesios infinitivi suffixum *-ναι* in usu erat:

Arc. *ἦναι*, *ἀπειθῆναι*, *κατυφρονῆναι*.

Cypr. *δοϝέναι*, *κυμερῆναι*.

Thessali utebantur suffixis *-ν* et *-μεν*, Aeolenses *-ν* et *-μεναι*.

2) Soli Achaei Thessali in dativo declinationis III assumebant suffixum *-εσσι*.

Thess. *κατοικέντεσσι*, *πάντεσσι*, *Δολόπεσσι* alia.

Aeol. *πολίεσσι*, *παίδεσσι*, *ἐτέεσσι*, *ἀγώνεσσι* alia.

In titulis Arcadum atque Cypriorum omnibus brevior forma tradita est:

Arc. *ἐςδόσεσι* 1222_{16} *ἀναλώμασιν*$_{41}$ *χρήμασι* 1233_{7}.

Cypr. *παισί* $60_{13\ 25}$.

In Dorensium coloniis dativus in *-εσσι* adhuc repertus non est. Num forma Corcyraea *Ἀρμάτεσσι* C. I. G. $1845_{58\ 63}$ juste ad nominativum *Ἅρματα* a viris doctis sit relata, mihi valde dubium videtur esse, cum in eodem titulo vulgares dativi *χρήμασι*$_{9\ 46}$ et *αἱρεθεῖσι*$_{60\ 74\ 95}$ legantur.

Heracleensium dativi *ἐόντασσιν*, *ὑπαρχόντασσιν*, *πρασσόντασσι*, *κοτόντασσι* primo a J. Schmidtio (K. Ztsch. XXV, p. 590) recte explicati sunt. Forma *ἐόντασσι* confusa est ex formis *ἐ-ασσι* (= *ἐ-σ-ντ-σί*) et *ἐοντ-σι* (= *ἐσ-ο-ντ-σι*), quarum utraque in dialectis Transpindanis tradita est. Ex *ἐόντασσι* per analogiam omnia participia praesentis, quas supra enumeravi, suffixum *-ασσι* mutuata sunt. Hanc interpretationem rectam esse inde intellegitur, quod nominum dativi vulgare suffixum *-σι* assumunt veluti *πᾶσι* II, 66.

Achaei igitur Septentrionales non prius dativos in *-εσσι* sibi finxerunt, quam a Peloponnesiis essent disjuncti.

3) Spirantes, quae liquidis proxime astabant, ab Achaeis Thessalis liquidis assimilabantur. Apud

Achaeos Peloponnesios excidebant et, ut damnum suppleretur, vocalis, quae antecedebat, producebatur:

Aeol. Thess.	ἔμμι	Arc.	ἦναι
	φθέρρω		φθήρων
	χερρο-		ἰνκεχηρήκοι.

Ea igitur aetate gens Achaica duas in partes discissa est, qua spirans *j* in lingua Graeca nondum interierat, sed clare pronuntiabatur (veluti in φθέρjω).

Cum praeterea diversam spirantium compensationem tum demum factam esse verisimile sit, cum altera Achaeorum pars in Thessalia, altera in Peloponneso consedisset, certum habemus terminum, post quem spirans *j* in lingua Graeca evanuit.

Utrum dialectus tertiae Achaeorum partis, quae Phocidem et Boeotiam incolebat, propius ad Thessalicam an ad Peloponnesiacam accesserit, hodie dijudicari nequit. Dativos in -εσσι, qui singillatim in Delphorum et Locrorum titulis traditi sunt, Thracibus, Cadmeis, Minyis proprios fuisse necesse non est, cum Aeolenses a Thessalis expulsi eos in mediam Graeciam inferre potuerint. Inde, quod apud Delphos atque Locros Opuntios infinitivus act. in -ν (φέρεν) exibat, fortasse quispiam concludat dialectum „mediorum" Achaeorum cum Peloponnesiaca artiore affinitate conjunctam fuisse. At huic uni argumento non nimis fidem habuerim. Nam cum in Thessalia perpauci tituli ampliores adhuc reperti sint, fieri potest, ut posteris annis etiam apud Thessalos exempla brevium infinitivorum inveniantur.

In Achaeorum manibus erant praestantissimae Graeciae partes, Thessalia, Boeotia, Phocis, quarum per agros fertilissimos fluebant Peneus et Cephissus, denique tota Peloponnesus.

Ab occidentali parte montium Pindi et Parnassi sedebat gens **Transpindanorum**, quae ab Illyriis usque ad sinum Corinthiacum pertinebat. Una angusta Aetoliae ora, in qua Calydon et Pleuron sitae erant, ab Achaeis tenebatur.

E magna dialectorum Transpindanarum numero adhuc nisi duae a nobis discerni non possunt, Aetolica et Dorica. Quae maxime eo differunt, quod in illa per productionem suppletoriam ex vocalibus ε et ο existunt diphthongi hybridae ει et ου (εἶμεν, τούς, ἄγειν), in hac longae vocales η et ω (ἦμεν, τώς, ἄγην).

Nomen Δωριεῖς primitus ei genti Transpindanae proprium erat, quae ipsam Doridem incolebat. Sed postea omnibus eis Transpindanis annexum est, qui per Thermopylas mediam in Graeciam ingressi Dorenses e finibus expulerunt atque trans sinum Corin-

thiacum usque in Peloponnesum prae se tulerunt. Dorenses igitur inviti hujus migrationis duces facti sunt.

Ubi earum gentium Transpindanarum, quae Peloponnesum occupaverunt, vetustissimae sedes fuerint, ignoramus. Principio eas sub radicibus Pindi habitasse atque inde in Thessaliam invasisse suspicor. Haec sententia uno quidem argumento fulciri potest. In inferiore Hestiaeotidis parte prope oppidum Ithomen fluit Pamisus: utrumque nomen etiam in Messenia nobis occurrit. Ithomen jam ab Achaeis conditam esse ea de causa mihi non probatur, quia Achaei Peloponnesii procul dubio non per longius tempus in Thessalia incolebant.

Magis cum Dorensibus quam cum Aetolis affinitate conjuncti erant Boeoti, qui priscis temporibus sub Boei montis radicibus sedebant. Eorum migrationes supra persecuti sumus.

Aetolorum et Locrensium domicilia initio erant in inferiore Epiri parte, unde per montes multis vallibus discissos usque ad sinum Corinthiacum pervenerunt. In Peloponnesum tum demum videntur transjecisse, cum Dorenses ibi jam consederant.

Primi ex omnibus in Graeciam invaserunt **Iones**. Qui ab Achaeis urgentibus gradatim in orientem versus propellebantur. Itaque factum est, ut ad extremum in continenti una Attica eis relinqueretur. Major eorum pars in insulas atque in Asiae oram emigraverunt. Etiam in Peloponnesi litoribus Iones dissipati consederunt.

Qua aetate haec Ionum emigratio facta sit, plane ignoramus. Procul dubio ea jam pridem erat perfecta atque absoluta, cum Thesprotii in Thessaliam invaserunt.

Dialectus Ionica tres in partes divisa est:

1) Antiquissimam speciem retinebat in continenti. Dialectus Attica, quae Athenis atque in campo circum eas sito pronuntiabatur, eam habebat proprietatem, ut genuinum $\bar{\alpha}$ ante vocales atque ϱ in η non mutaretur.

2) Dialectus duodecim Asiae urbium unumquodque $\bar{\alpha}$ in η mutavit et cum Aeolensibus psilosin communem habebat.

3) Medium locum tenebant insulani, a quibus unumquodque $\bar{\alpha}$ in η mutatum, sed spiritus asper amissus non est.

Addenda.

Ad pag. 55. Dativi Aetolici etiam in Tauromeniorum titulis leguntur (Wachsmuth, Rh. Mus. 1869, p. 552 sq.; Baunack, Curt. Stud. X, 95): *ἱερομναμόνοις*, *σιτοφυλάκοις*. Quos ex Locrorum Epizephyriorum dialecto illatos esse suspicor.

Ad pag. 56. Etiam Phthiotae nominativo plur. pro dativo utebantur: *στατῆρες* 1448_8. Qua re alterum argumentum (cf. pag. 34) continetur Thessalorum, qui ex Epiro invaserunt, dialectum cum Locrensium et Aetolorum dialecto artiore affinitate conjunctam fuisse. — Ceterum accusativi suffixum -*ες* non per falsam analogiam ex nominativo fluxisse, sed indogermanicum fuisse defendit Bezzenberger G. G. A. 1887, p. 425.

Vita.

Natus sum Otto Hoffmann die IX mens. Febr. a. 1865 Hannoverae patre Ottone matre Luisa e gente Schnelle. Fidem profiteor evangelicam. Anno 1874 receptus sum in patriae gymnasium, quod tum rectore illustrissimo Henrico Ludolfo Ahrens florebat. Maturitatis testimonio instructus vere anni 1883 Gottingam me contuli, ubi per quinque annos studiis philologicis, imprimis grammaticis, operam dedi.

Docuerunt me viri doctissimi Bechtel, Bertheau, Bruns, Dilthey, Dziatzko, Fick, W. Meyer, G. E. Müller, Sauppe, Volquardsen, de Wilamowitz-Moellendorf.

Regii philologorum proseminarii sodalis fui per annum, seminarii sodalis ordinarius duos per annos, denique seminarii paedagogici sodalis ordinarius bis sex menses.

Exercitationibus ut interessem grammaticis Fickius, metricis de Wilamowitzius, psychologicis G. E. Müllerus, bibliographicis Dziatzko benigne permiserunt.

Quibus viris omnibus optime de me meritis gratias refero quam maximas.

